Domine quis habitabit in tabernaculo tu o
quis requiescet in monte sancto tu o q
ingreditur sine macula et opera — tur ius
ticiam. fria qrta Ego autē in domino
spera — ui exultabo et letabor in tu a mi
sericordia quia respexi — sti humili tatē me
P In te dñe speraui nō confundar in eternū
iusticia tua libera me Gr Miserere michi
domine — quoniā infirmus sum sana me do
V Conturbata —

Wa. 33.

sunt ... — ... ossa mea

2

Na. 33.
72.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0002-5

# PROCESSUS JUDICIARIUS
# IN TABULAS REDACTUS,
## Adjunctis ſubindè notis

& quæſtionibus illuſtrioribus, ex Jure Civili, Canonico, Imperii Conſtitutionibus & Saxonico;

*nec non*

Excellentiſſimorum JCtorum & Practicorum pragmaticis Commentationibus, Reſponſis & Deciſionibus collectis,

Operâ

JOHANNIS Beltz/ J. U. D.

Editio ſecunda priori auctior & correctior.

JENÆ,
Litteris ac ſumtibus Georgii Sengenvvaldi.
ANNO M.DC.LXV.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0003-0

ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO

**Dn. Henning Paulſen â Weiſenau/**
**S. ROM. IMP. EQUITI.**

Hæreditario in Victorsdorff. &c. &c.

Mæcenati & Patrono ſuo Magno

Hunc Procesſum Judiciarium, denuò reviſum, mente manuq; demiſsâ

KŒN.FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Iterum

*offert & conſecrat*

*æternum obſervantiſsimus*

JOHANNES Belitz/ J.U.D.

# TABULA GENERALIS.

**Proceſſus Judiciarius dividitur in partem**

- **Communem, quæ tractat de Judicio, ubi exponitur Judicii**
  - Origo.
  - Definitio.
  - Diviſio.
  - Partes, quæ ſunt
    - Perſonæ, tū
      - Judicantes, quæ vel
        - Principales, ut Judex.
        - Acceſſoriæ, quæ ad Judicem accedunt vel
          - Conſultandi causâ, ut Aſſeſſores, Conſiliarii,
          - Judicii inſtruendi causâ, ut
            - Actuarii.
            - Tabellationes.
            - Tabellarii.
            - Notarii.
            - Apparitores.
          - *Tab. I.*
      - Litigantes, quæ rurſus ſunt vel —
        - Principales, ut
          - Actor.
          - Reus.
        - Acceſſoriæ, quæ ad litigantes accedunt vel —
          - Interveniendo.
          - Patrocinando, idque autoritate
            - Privatâ, ut
              - Advocati.
              - Procuratores.
              - *Tab. II.*
            - Publicâ, ut —
              - Syndicus.
              - Tutores & Curatores pupillorū & minorum.
              - *Tab. III.*
    - Quæſtio, ſeu res controverſa.
  - Finis, eſt juſtitiæ adminiſtratio.
- **Propriam, quæ in ipſo Proceſſu conſiſtit, qui vel**
  - Ordinarius, &
    - Definitur.
    - Dividitur in actus.
      - Præparatorios, qui à principio usque ad litis conteſtationem excluſivè præcedūt. Quales ſunt —
        1. Supplicatio pro impetranda citatione. *Tab. IV.*
        2. Citatio. —
        3. Libellus. *Tab. V.*
        4. Contumacia. *Tab. VI.*
        5. Dilatio.
        6. Exceptio.
        7. Satisdatio & cautio. —
        8. Gvaranda. —
        9. Litis denunciatio. —
        10. Reconventio. —
        11. Decretū Judicis ſ. ſententia interlocutoris. *Tab. VII.*
      - Medios, qui à litis conteſtatione usque ad ſententiam interveniunt: horum novem ſunt —
        1. Litis conteſtatio.
        2. Juramentum calumniæ.
        3. Exceptiones peremtoriæ. *Tab. VIII.*
        4. Poſitio.
        5. Reſponſio.
        6. Probatio.
        7. Concluſio cauſæ. *Tab. IX. & X.*
        8. Inrotulatio Actorum.
        9. Sententia.
      - Poſteriores, qui poſt ſẽtentiam ſequuntur; & hi actꝰ ſunt vel —
        - Suſpenſivi, quibus ſententia lata impugnatur vel per —
          1. Remedium nullitatis.
          2. Remedium ſupplicationis. *Tab. XI.*
          3. Leuterationem.
          4. Appellationem.
          5. Reſtitutionem in integrum.
          6. Reviſionem Actorum.
        - Executoriales, qui exercentur vel in —
          - Re principali, quando ſcil. id quod judicatum eſt, executioni datur, id eſt, res judicata urgetur.
          - Acceſſoriis, quando expenſorum ratio habetur.
        - *Tab. XII.*
  - Extraordinarius.

# TABULÆ SPECIALES.

## *TAB. I. tractat de Judicio & Judice, item de perſonis, quæ ad Judicem accedunt vel conſultandi, vel Judicis inſtruendi causâ.*

*Proceſſus judiciarius* eſt ordo legitimus tractandorum judiciorum: Et dividitur in *partem* (a)

1. *Communem*, quæ tractat de *Judicio*, cujus (b)

- *Origo* eſt ex jure gentium, quo dominiorū diſtinctiones, & omnes ferè contractus, eorumque obligationes cœperunt. *l. 4. & 5. ff. de Juſt. & Jur.* vel potius origo ejus deducenda à jure divino, aut ipſo Deo in Paradiſo, ubi primum noſtrum parentem ad ſe tanquam in jus vocat, & ob transgreſſionem mandati ſui accuſat, exceptiones ejus adverſum allatas audit, & poſteà eum juſta ſententia lata condemnat, *Geneſ. 3. cap. Roſb. tit. 1. num. 32.*
- *Definitio*, *Judicium* eſt legitima rei controverſæ inter litigantes, apud Judicem tractatio & dijudicatio.
- *Diviſio* eſt à (c)
  - *Cauſa efficiente* in
    1. *Eccleſiaſticum*, quod coram Judice Eccleſiaſtico de cauſis ac rebus Eccleſiaſticis peragitur.
    2. *Seculare*, quod coram Judice Laico, de cauſis ſecularibus, & quidem inter perſonas ſeculares ventilatur, *c. etſi. 4. X. de judic. & cum ſit generale. 8. X. de for. compet.*
  - *Forma* in
    - *Ordinarium*, in quo ſolenni judiciorum ordine plenariè ſervato in cauſarum cognitione proceditur: unde & *plenarium* dicitur; vel, in quo legitimus & uſitatus procedendi modus, atque formula obſervatur.
    - *Extraordinarium*, quod ſummariè, ſine legitima & ſolenni figura, ſineque ullo ſtrepitu de plano procedit: vel, in quo uſitata Judiciorum ſolennium forma, non obſervatur, unde & *ſummarium* dicitur §. *fin. Inſtit. de interdict.* Quod autem Juſtinianus *in alleg. §.* ait: Omnia Judicia hodiè eſſe extraordinaria, id reſpectu formularum ſolennium, quæ tempore Conſtantini Imp. ſublatæ ſunt, accipiendum eſt, *l. juris 1. Cod. de formul. & impet. act. ſublat. vide Pac. epit. Inſt. diſp. 17. th. 2. p. m. 265.*
  - *Fine* in
    1. *Civile*, idque
       1. In
          - *Petitorium*; in quo principaliter de proprietate, ſeu Domino vel quaſi alicujus rei agitur; Puta, quando rei vindicatio vel ſimilis quædam actio in judicium deducitur.
          - *Poſſeſſorium*, in quo de nudâ & ſolâ poſſeſſione diſceptatur, eſtq; triplex I.
            - *Adipiſcendæ poſſeſſionis*, quando quis vult acquirere poſſeſſionem, quam nunquam habuit.
            - *Retinendæ*, quod redditur inter eos, qui invicem de poſſeſſione contendunt, uter poſſidere debeat, ut ſunt uti poſſidetis & utrubi, *§. 4. Inſt. de interdict.*
            - *Recuperandæ*, quo poſſeſſionem, à qua vi ejecti ſumus, nobis reſtitui petimus, ut eſt unde vi, *§. 6. Inſt. d. t.*
       2. In
          - *Reale*, quo rem noſtrā, jure Dominii, vel qſ. petim⁹.
          - *Perſonale*, quod ex obligatione aliqua ad dandum vel faciendum aliquid competit & exercetur, §. *omnium, 1. Inſtit. de act. ibique Zaſius.*
       3. In
          - *Univerſale*, quando univerſum corpus, multorum diverſorum jurium petitur; Cujusmodi eſt ſimplex petitio hæreditatis, & poſſeſſoria hæred. petitio.
          - *Generale*, in quo de uno jure, multas ſpecies continente, agitur, prout eſt actio negotiorum geſtorum, tutelæ, & pro ſocio, *l. pro ſocio, 38. ff. pro ſocio.*
          - *Singulare* ſeu *particulare*, in quo res ſingularis, ex ſingulari contractu, petitur; prout eſt actio ex emto, depoſito, in rem & ſimiles.
    2. *Criminale*. Et hoc eſt I.
       - *Publicū*, quô certâ lege cōſtitutâ, publica crimina, pœnis legitimis & certis vindicantur; Idque rurſus vel
         - *Capitale*, quando pœna capitalis, puta, mors naturalis, vel civilis imponēda venit.
         - *Nō capitale*, quando pœna aut eſt
           1. Pecuniaria fiſco applicāda Zoeſ. ad *ff. de judic. n 6.*
           2. Coërcitio quædam corporis.
       - *Privatum*, quo crimina ſeu delicta privata vindicantur, ut ſunt furtum, rapina, injuria, damnum, *l. fin. ff. de privat. delict.*

*Partes* ſunt (b)

1. *Perſonæ*, quæ vel (c)
   1. *Judicantes*, æque vel (d)
      1. *Principales*; ut *Judex*. Cujus (e)
         - *Definitio*. *Judex* eſt, qui rem controverſam cognoſcit, & ſuâ ſententia dirimit. *Excell. Dn. Strauch. Diſſert. 21. aph. 4.*
         - *Cōpetentia*, quæ inter litigantes æſtimatur ex perſona rei, *l. 3. c. ubi in rē act.*
         - *Officium*, quod cōſiſtit in trib⁹ partibus judicii, in- (f)
           - *Cognitione* in quâ attēdat ad
             - *Proceſsū*; in quo diligēter præcaveat & curet, ut omnia ritè, ordine & ſolenni judiciorum formâ, cauſa etiā cognita, juxta rei qualitatem, cauſarum & circumſtantiarum procedant, *Roſb. t. 4. n. 22.*
             - *Merita cauſæ*, in quib⁹ advertat
               1. Quid ſit narratū, verenè an falſo.
               2. Quid juris, de merito cauſæ propoſitæ ſtatuēdū ſit, *Roſb. d. t. n. 25. & 27.*
           - *Definitione & pronunciatione*, ubi hanc regulam obſervet, ut ſententiam libello conformē ferat. *l. 18. ff. Com. divid.*
           - *Executione*, in qua ordinem juris rectè obſervet, neque modum excedat, *l. 15. §. 1 ff. de re judicat. Roſbach. d. t. num. 46. & ſeq.*

a b c d e f

Prohibi-

a b c d e

- *Finis* eſt Juſtitiæ adminiſtratio, *Rosb. tit. 1. n 59.*
- 2. *Propriam*, quæ in ipſo Proceſſu conſiſtit. Tab. 4. & ſeqq.
  - *Prohibitio*, quando judicandi munere fũgi prohibetur, vel—
    - 1. *Naturâ*, ut mutus, ſurdus, furioſus, impubes, morbo ſontico laborans.
    - 2. *Lege*, ut (1) minor 18. annis; major autem 18. annis eſſe poteſt, ſed non cogitur, ſi infrà 20. annos. (2) Juris & rerum prorſus imperitus. Niſi habeat Aſſeſſores. (3) Senatu motus; niſi reſtitutus ſit *ICtiſſ. Dn. Strauch. d. Diſſert. 21. aph. 4.*
    - 3. *Moribus*, ut Servus, Fœmina. Quæ tamen hodiè hæreditariâ jurisdictione fungi & judicare poteſt, *Rosbach. l. c.*
  - *Diviſio*, in
    - *Ordinarium*, qui propriam, pleniſſimã & perpetuam Jurisdictionẽ vel ſuo jure, vel à lege, Principe aut conſvetudine ſibi conceſſam habet. Tales ſunt Imperator, Reges, Electores, Duces, Principes &c. *Rosb. tit. 4. num. 5. & 8.*
    - *Extraordinarium*, qui nõ jure ſuo, nec Principis beneficio, nec univerſalẽ Jurisdictionẽ habet, ſed limitatam & præſcriptam, cujus fines diligenter cuſtodire tenetur. Et hic conſtituitur vel—
      - 1. *Ex commiſſione ordinarii Judicis*, ut *Delegatus*, vulgò *Cõmiſſarius*, cui ex commiſſione ſuperioris Juriſdictio & cauſæ cognitio delegata eſt, isq; nihil proprii habet, ſed vices delegantis ſuſtinet; unde nec aliũ ſubdelegare poteſt, niſi à ſummo principe delegatus ſit.
      - 2. *Volũtate & electione partiũ*, ut—
        - *Arbiter* vel *Cõpromiſſarius*, in quem cõpromitti ſolet, ſub ſtipulatione certæ pœnæ, quã pars à laudo recedens, parti adverſæ præſtare tenetur.
        - *Arbitrator*, eſt amicabilis compoſitor, abſque pœnæ ſtipulatione.
  - 2. *Acceſſoriæ*, quæ ad Judicẽ accedunt vel-
    - *Conſultandi causâ*; ut Aſſeſſores, qui & Conſiliarii vocantur.
    - *Judicii inſtruendi causâ*, ut
      - *Actuarii*, qui vocantur etiam *Tabelliones*, *Tabellarii*, *Notarii &c.*
      - *Apparitores*, qui dicuntur in—
        - *Genere* omnes judicum miniſtri, qui ipſis apparere, eorumq; juſſa exequi ſolẽt; quales etiam ſunt Actuarii, Tabelliones, &c.
        - *Specie*, Judiciorum nuncii, vocantur etiam viatores, vulgò Pedelli.
  - 2. *Litigantes* —
  - 2. *Quæſtio*, quæ eſt res controverſa, quæ in judicium deducitur — *Tab. ſeq.*

---

Σὺν Θεῷ!

*1. An hominibus Chriſtianis Jus ſuum proſequi judicialiter liceat?*

Aff. Quia ejusmodi judicia non tantùm licita ſunt inter Chriſtianos, ſed etiam neceſſaria, *Exod. 18. verſ. 13. & ſeqq. 1. Reg. 3. verſ. 16. & ſeqq. l. extat. 13. ff. quod met. cauſ. l. non eſt. 176. ff. de R. I.* quod etiam approbat Divus Lutherus *in Apoſt. Domeſt. in expoſit. Evang. 23. Domin. Trinit. ibi*: Wer ſein Recht durch ordentliche Mittel und Wege erhalten kan/ der thut daran nicht unrecht / denn Gericht und Recht ſind von Gott ſelbſt geordnet / daß man es ſuchen und brauchen ſoll; Wo man aber das Recht nicht erheben kan/ ſoll man nicht ungedultig ſeyn/ noch viel klagen/ ſondern ſoll gedencken/ daß man ſolch Unrecht von Gott wohl verdienet hat. Et ad hæc ultima verba fortè pertinet, quod tradit idem Luth. *in eadem Apoſt. Dom. 22. Trinit.* ubi dicit: Non ſemper jus ſuum proſequendum, ſed illud remittendum, quemadmodum in eo Evangelio pater fam. miniſtro ſuo remittit debitum, *vid. VVeſenbach. ad Pand. Diſp. 16. th. 3. Trentl. Diſp. 12. vol. 1. th. 7. lit. A.*

*2. Quænam ſint cauſæ, in quibus ſummariter procedendum?*

Reſp. Cauſæ alimentorum, executionum ſententiæ, operis novi nunciatio, cauſa inquiſitionis, matrimonialis, decimarum, tributorũ, pauperum & miſerabilium perſonarum, ſalariorum &c. *de quibus vid. Giphan. de Ord. judic. tract. 1. cap. 6. Zanger. de Except. part. 1. cap. 1. num. 17. Rosbach. in Proceſſ. Judic. tit. 21. art. 1. n. 10. & ſeqq.*

*3. An in cauſis ſummariis teſtibus injuratis ſit fides habenda?*

Reſp. *Cum Bald. & Ang. in l. milites. 15. C. d. teſtam. mil.* examẽ vitiari ex defectu juramenti: quia juramentum eſt de forma probationis per teſtes faciendæ, *l. jusjurandi. 9. Cod. teſt. Zang. de Except. p. 1. cap. 2. num. 10. add. Magnif. Dn. Carpzov. de Proceſſ. Judic. tit. 1. art. 1. n. 40. & ſeqq.*

*4. An Judicium petitorium cum poſſeſſorio cumulari poſſit?*

Reſp. Poſſe, *l. cum fundum. 18. §. ult. ff. de vi & vi arm. l. hæredes. 25. §. de pluribus. 3. ff. famil. erciſc.* modò quis onus probandi in ſe ſuſcipere velit,

 juxta

*juxta Gloſſ.in l.incerti. Cod. de interdict. in verbo, quæſtionem.& ibi.Cynus num.2.Gail.1.Obſ.63.num.2. Gilken.ad l.edita.3.num.178.Cod.d.edendo.VVurmſ. tit.46.Obſer.6.per tot.Hartman.tit.* 45. *Obſ.*5. *Menoch.Remed.3.retinend.poſſ.num.*533. Quod tamen tantùm de interdicto adipiſcendæ & recuperandæ poſſeſſionis intelligendum eſt: nequaquam verò de interdicto retinendæ poſſeſſionis, quod petitorio planè adverſatur, *Bartol.in l.1.in pr.&* §. *interdictum.ff.uti poſſid.Coſtal.in l.ſi de vi.37.ff.de Judic.Cyn.in l.13.n.5. Cod. de R.V.*

*5. An Actor ſi inceperit à petitorio & in eo cauſa finita ſit, ad poſſeſſorium recurrere poſſit?*

RESp. Quamvis in optione Actoris ſit, utrum à Judicio petitorio, vel poſſeſſorio velit incipere; tamen ſi incipiat à petitorio, lata ſuper eo ſententia, non poteſt ad poſſeſſorium recurrere; quia tunc Judex functus eſt officio ſuo: cùm proprietas trahat ad ſe cauſam poſſeſſionis, *C. cum. dilectus.6.X.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Secus ſi incipiat à poſſeſſorio, quia tunc ſalvum habet petitorium: Cùm nihil commune habeat proprietas cum poſſeſſione. *l. naturaliter.* 12.§.1.*l.* 52.*ff. de Acquir.vel amit.poſſ. Hartman. tit.* 45. *Obſ.*3. *Gail.*1. *Obſ.*35. *num.*11.*vid. Gilken. ad l.edita.*3. *num.* 182. *& ſeqq.Cod. de edend.*

*6. An quis in cauſa propria Judex eſſe poſſit?*

NEg. *per l.un.C.ne quis in ſua cauſ. l* 1.*ff. quod. legat. & quod jurisdictioni.* 10. *de jurisdict.* Proceſſum tamen exercere poteſt coram ſuo tribunali is, qui habet Imperium etiam in propria cauſa. Sc *Anno* 1556. *M.Febr.* Judicium der Thum-Probſtey zu Zeitz inſtituit actionem per Procuratorem des Gerichts in propria cauſa, & quamvis Reus exciperet eos non poſſe eſſe Judices in propria cauſa, tamen Facultas Juridica Jenenſis pronunciavit, eum teneri illic procedere, *Modeſt.Piſtor.part.*1 *cap* 7. *num.*5.

*7. Quotuplex eſt officium Judicis?*

RESp. *Duplex, Nobile & Mercenarium. Nobile* dicitur, quod per ſe ſtat in perſona Magiſtratus ſeu Judicis, ſive expediat hoc ſuo motu, ſive ad partis poſtulationem, ſine tamen actione & ſtrepitu Judicii. *Bart.in l.*1. *num.* 12.*ff. de Jurisdict. C.fin.X.de offic.Judic.* ubi hoc officium dicitur pro actione (i.e. ubi deeſt actio) proponi. *Mercenarium* verò appellatur, quod per ſe non ſtat, ſed deſervit actioni propoſitæ, ſicut Mercenarius Domino. Propoſitâ igitur in Judicio actione, & cœpto Judicio, quicquid Judex præcipit, prohibet, permittit, interloquitur, iſta omnia fieri dicuntur Mercenario Judicis officio, *l. ædiles.* 25. §. *item ſciendum.* 8. *ff. de ædilit.edict. Magnif.Dn.Vugepaur.p.m.ad tit.X.de offic. Judic. num.* 4. *&* 11. *Modeſt.Piſtor.de Proc.Judic.part.* 1. *cap.* 10. *n.* 16. *&* 18. *Schneid.ad* §. *præterea.*31.*n.*4.*&* 5.*Inſt. de act.*

*8. An Judicium à citatione, an verò à litis conteſtatione incipiat?*

RESp. A litis conteſtatione: quia libellus poſt judicium acceptum mutari nequit, *l. edita.* 3. *Cod. de edend.* (2) quòd Judex recuſari nequeat, *l. apertiſſimi.Cod.de Judic. add. Gilken. ad l. un.num.* 48.*Cod.de litis conteſt.* Et hoc procedit, ſi Judicium propriè ac ſtrictè capiatur; ſecus ſi largo modo, tunc à citatione inceptum dicitur judicium. *Alciat.in rubr.Cod.de in jus voc.auth.qui ſemel.ibique Gloſſ.in verb.non ſit.Cod.quomodo & quand.jud. l.*1.*& ibi Gloſſ.verb.judicio cœpto.Cod. de Jud. Modeſt.Piſtor.de Proceſſ.Jud.part.*1. *cap.* 5. *num.* 14.

*9. An Judex ſecundum acta & probata judicare debeat?*

AFf. *per l.ſoror.*8.*Cod.de collat.* quam ſententiam tenent & ſequuntur, *Gail.*1.*Obſerv.*36. *num.*14. *Modeſt.Piſtor.p.*1.*c.*9.*n.*26.*Rosb tit.*1.*num.*52.*& tit.* 35.*n.*28.*Zoeſ.ad ff. de Judic.n.*48.*& ſeqq. Card. Lugo de Juſt.& Jur. Diſp* 37.*Sect.* 4.

*10. An Judex, ut ſuſpectus recuſari poſſit?*

RESp. Judicem delegatum, ut ſuſpectum juſtè recuſari poſſe, etiamſi à ſupremo Principe delegatus ſit, *per l.apertiſſimi.* 16. *& ibi Dd. Cod. de Judic.* Verùm ordinarium Judicem de jure Civili regulariter non poſſe, ad eum effectum, ut tanquam ſuſpectus removeatur, ſed ſi aliqua ſuſpicionis cauſa ſubſit, adjunctum ei dandum eſſe, *Nov.*86.*C.ſi verò.*2.*junct.auth.ſi verò.C.de Jud. Gail.* 1.*Obſ.*33.*num.*1. De Jure tamen Canonico non modò delegatus, ſed etiam ordinarius recuſari poteſt. *c.ſuſpicionis.*39.*X.de offic.& poteſt.jud. deleg.Gail.d.l.*

*11. An pluribus commiſſariis datis, coram uno vel alio reliquis abſentibus cauſa expediri poſſit?*

NEg. Quia Commiſſarii delegati nihil proprium habent, ſed mandatum commiſſionis præcisè obſervare debent, ne fines Jurisdictionis delegatæ excedant. Si ergò non uni duntaxat, ſed pluribus perſonis commiſſio fuerit injuncta, hi omnes ſimul tractationem negotii ſuſcipere debent, idque ſi non fecerint, mandatum commiſſionis transgreſſi videntur: Niſi commiſſio conjunctim & ſeparatim, ſamt und ſonders iis fuerit demandata: tunc enim Commiſſarium abſentem vices ſuas aliis demandare poſſe teſtatur, *Magnif.Dn.Carpzov.in Proceſſ.Judic. tit.*2. *art.*3.*n.* 24.*& ſeqq.* Non obſtat, quòd Commiſſarii delegati alios ſubdelegare nequeant. *Rosb.in pr. civ.tit.num.*53.*& ſeqq.junct. n.* 23.*& ſeqq. Menoch. lib.*1.*A.J.Q.*37.*n.*1.*v.*2. *Gail.*1.*Obſ.*47.*n.*7. Quia illud reſtringi debet ad perſonas alias, quibus à ſuperiore nihil poteſtatis conceſſum eſt. *Carpz. d.l.n.* 29.

12. *De Formulis Compromiſſi vid. Volckman. Notariat.Kunſt p.*2.*c.*45.*fol.m.*226.*& ſeqq. & Terwin. Proceſſ. Judic.cap.*1.*n.*42.*p.*12.

TABU-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0008-8

# TABULA II.

*Expoſito Judicio, Perſonarumque judicantium tàm principalium, quàm acceſſoriarum officio, reſtat, ut de litigantium perſonis diſpiciamus.*

*Perſonæ litigantes rurſus ſunt vel* (a)

- *Principales, ut* (b)
  - *Actor, cujus*
    - *Definitio, Actor* eſt, qui alteri in judicio controverſiam movet. JCtiſſ. Dn. Strauch. d. Diſſ. 21. aph. 11. Germanicè dicitur Kläger; in criminalibus verò propriè Accuſator, Germ. Ankläger.
    - *Prohibitio*, quatenꝰ agere prohibetur vel
      - *Naturâ*, ut Infans, pupillus, furioſus, mente captus, mutus & ſurdꝰ ſimul, *tot. t. ff. de poſtul. & tot. tit. Cod. qui legit. perſ. ſtand. in jud. hab.*
      - *Lege* Minor *l. in rebus. 2. C. d. t.* Prodigus, Servus *l. ſervus. 6. C. de judic.* exceptis quibusdam caſibus, *l. vix certis. 53. ff. de judic.* quod tamen de hodiernis ſervis exaudiendum non eſt. Monachi *c. placuit. 53. cauſ. 2. q. 7.* Niſi cum licentia Abbatis, & Monaſterii utilitas expoſcat. *c. Monachi. 35. cauſ. 16. q. 1.* Libertus contra patronum. *l. quisque 4. §. 1. ff. de in jus voc. l. venia. 2. Cod. eod.* Filius contra patrem, excepto peculio caſtrenſi, vel quaſi, & aliis nonnullis caſibus, *l. lis nulla. 4. ff. de judic. l. miles. 4. §. lis. ff. de caſtr. pec. vid. Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 21. aph. 12.*
      - *Canone*, Excommunicatus. *c. decernimus. 8. de ſent. excom. in 6. c. intelligimus. 7. de judiciis. c. omnis. 32. cauſ. 11. q. 3. ſi quis. 7. cauſ. 23. q. 4.*
    - *Officium ut,*
      1. Priꝰquàm ad agendũ procedat, debitorẽ amicè admoneat, *l. quidã. 13. ff. de S. P. V. l. Aemilius. 38. ff. de minorib. C. novit. 13. X de judic.*
      2. Diligenter factum ipſum conſideret, ac ſecum deliberet, num Judicium ingredi expediat; deque jure ſuo & fundamento intentionis certus ſit, *l. in alterius. 42. verſ. nam plane. ff. de R. I.*
      3. Forum Rei ſequatur, reumque in ſuo proprio foro, quod vel ratione domicilii, contractus, delicti aut rei ſitæ, cauſæ continentiæ &c. ſortitur, conveniat, *l. 2. l. 5. C. de Juriſdict. omn. Judic.*
  - *Rem, cujus*
    - *Definitio, Reus* eſt, qui in judicio convenitur, *l. 3. ff. de probat.* Germanicè Beklagter; in Criminalibus dicitur peinlich Beklagter / it. Angeklagter.
    - *Exceptio*, regulariter quidem conveniri, reique conſtitui poſſunt omnes, qui non excipiuntur vel Naturâ, vel lege, vel Canone; Hoc enim in caſu par ferè cum Actore conditio Rei eſt.
    - *Officium, ut*
      1. Acceptâ copiâ libelli, accuratè ſecũ deliberet, utrũ cedere, aut contendere velit.
      2. Si re benè deliberatâ, litigandum ſibi eſſe conſtituit, exceptiones omnes ſive dilatorias, ſive declinatorias ſuo tempore legitimè proferat, litemq; conteſtetur.
      3. Satisdet, de alio jure reorũ, deque ejus contumaciâ non comparentis infrà *Tab. 5. & 7.*
  - *Interveniendo*, quæ ratione ſui intereſſe, ſeſe interponunt, vel
    - *Voluntariè & ſponte ſuâ*, & propriè intervenientes dicuntur; idque duobus modis fieri ſolet, vel *principaliter* vel *acceſſoriè*; *Principaliter*, cùm intervenientem jus & intereſſe omnium maximè concernit, pro quo, ad impediendum ac removendum agentem, vel defendentem intervenit, *l. ſi pro luſorio. 14. ff. de appellat.* *Acceſſoriè*, cum interveniente jus & intereſſe conſequenter venit, pro quo unà cum principali agente, vel defendente cauſæ aſſiſtit. *Dd. in l. ſæpe. 63. ff. de re judicat.* Schultzen *Synopſ. Judic. th. 23.*
    - *Coactè & invitè*, quando nimirum ad alterius litigantis petitionem in judicio ad id vocatæ interveniunt, quibus cum lis ita denunciatur, *denunciatæ* dicuntur, pars quæ petiit, *denuncians*. vid. Tab. 7.
- (c) *Privatâ, ut* (d) *Advocatus, cujus*
  - *Definitio, Advocati* ſunt cauſarum patroni, litigantes conſiliis ſuis juvando & merita controverſiæ pandendo.
  - *Prohibitio.* Nam poſtulare prohibentur alii
    - Simpliciter tàm pro ſe, quàm pro aliis, ut
      - Minores 17. annis.
      - Fœminæ.
      - Mutus & ſurdus. *l. 1. §. 2. & 5. ff. de poſtul.*
      - Inſigni turpitudine notatus, *d. l. §. 6. &c.*
    - Pro certis perſonis, *d. l. 1. §. 8.*
    - Contra certas perſonas, *l. 10. §. 1. ff. de poſtul. vid. Rosb. Proc. Jud. tit. 18. n. 3. & ſeqq. Excell. Dn. Strauch. Diſſert. 23. aph. 19.*
  - (e) *Conſtitutio* fit vel per
    - *Litigatores & Cliẽtes*, ut ſcil. Advocati eorum nomine poſtulent, cauſas tractent & agant, cõſilia præbeant, honores, famã, bona, fortunasque ipſorum tueantur, & ab injuria aliorum defendant, *l. 4. C. de Advoc. div. Jud.*
    - *Judicem*, qui juriſdictioni præeſt, ſeu Ordinarius Magiſtratus petentibus litigatoribus Advocatos ad eſſe curat, ne cauſa ipſorum indefenſa & deſerta relinquatur, *Rosb. tit. num. 10.*

a b c d e

a b c d e

- a. *Acceſſoriæ*, quæ ad litigantes accedunt vel
  - b. *Patrocinando*, quæ res aliorum perſequuntur & adminiſtrant vel *autoritate*
    - c. *Publicâ*. Tab. ſeq.
    - d. *Procurator*, cujus
      - e. *Officium*, ut —
        1. Juſtam & jure fundatam duntaxat cauſam defendendã ſuſcipiat.
        2. Cognitâ demùm causâ primô omnium, ante telam judicii amicabilem compoſitionem vel transactionem inter litigaturos tentet, & ut de Jure ſuo potiùs aliquid remittant, quàm infinita litis incommoda ſubeant, clientes ſeriò adhortetur.
        3. Clientulorum ſuorum jura breviter & nervosè proponat; neque in convitiandi licentiam & maledicendi temeritatem prorumpat; ſed tàm in loquendo, quàm ſcribendo moderatè & modeſtè in judicio ſe gerat. *Schultz. Synop. Jud. th. 24. Rosb. d. t. n. 19.*
      - *Definitio*. *Procurator* eſt, qui alienam litem mandato domini in judicio perſequitur, *l. 1. ff. de Proc. & Defenſ.* à parte rei ſi acceſſerit, Defenſor propriè dicitur, *l. 33. §. ult. ff. d. t.*
      - *Diviſio*, alius eſt
        1. *Judicialis*, qui in judicio conſtituitur, & eſt vel in —
           - *Utilitatem Domini*, qui & aliena negotia, & in alienam utilitatem curat.
           - *Rem ſuam*, qui alienum quidem negotium, at in commodum proprium mandato Domini gerit. *Rosb. Proc. Jud. tit. 19. n. 4. Magnif. Dn. Struv. Exercit. 7. theſ. 26.*
           
           *Extrajudicialis*, qui extra judiciũ negotia aliena administrat.
        2. *Univerſalis* vel *generalis*, cui liberrima de rebus, inſtar Domini, cujus rem ſemper b. f. gerere debet, diſponendi facultas datur.
           
           *Specialis*, qui certæ alicujus rei, vel litis negotiive mandatum habet.
      - *Prohibitio*. Prohibentur enim minores, ſervus, excommunicatus, mutus & ſurdus, univerſitas, civitas, fiſcus ob potentiam & terrorem. *Rosb. d. t. num. 7. & ſeq.*
      - *Conſtitutio* fit per Domini *mandatum*, quod vel —
        - *Expreſſum*, hoc rurſus vel —
          - *Generale*.
          - *Speciale*.
        - *Tacitum* vid. *Roding. in Pand. Cam. lib. 3. tit. 29. §. 6.*
      - *Effectus procurationis ſuſcepta* eſt, quòd Procurator poſt litem conteſtatam Dominus litis fiat, *l. 23. l. 84. C. de Procur.* & ob id in eum ſententia fieri debet, *l. 1. C. de ſent. & interlocut. omn. jud.*

*1. Quis inter duos ſimul ad Judicium provocantes pro Actore vel Reo habendus ſit?*

RESp. Hoc caſu, quando duo ſimul ad Judicium provocant, offerantq; libellum, ita ut de priore provocante conſtare non poſſit, ſorte rem dirimendam & Actorem conſtituendum, *per text. in l. ſed cum ambo. 14. ff. de Judiciis*. In foro autem Saxonico hoc Judicis arbitrio relictum cenſetur, utri ex illis deferre & gratificari velit, *per text. in lib. 1.* Landrecht. *art. 61. verſ.* Klagen ſie auch zu gleich/ Es ſtehet bey dem Richter / welchen er zu erſt hören will: Es ſey dann/ daß ihr einer die erſte Klage bezeugen möge. *Magnif. Dn. Carpzov. de Proceſſ. Judic. tit. 4. art. 1. num. 44. 45. 46. 47. & 48.*

*2. Quid Juris ſi Actor actionem in Judicio propoſitam perſequi nolit?*

HOc caſu Actor tribus edictis Judiciariis citatur, quib⁹ neglectis, ſi non venerit, adhuc annus ei indulgetur, quo elapſo ſi intentionem ſuã perſecutus non fuerit, Judex abſente eo, partis comparentis allegationes examinare, & legitimam ſententiam ferre poterit; Sed ſi intra annum venerit abſens, non auditur, niſi refuſis omnibus expenſis, quibus præſtitis, ſi iterum ſe abſentet, ab omni cadat actione. *auth. qui ſemel. poſt. l. 8. Cod. Quomodo & quando Jud. ſent. prof. deb. add. Mod. Piſtor. de Proceſſ. Jud. part. 1. cap. 43. n. 12.*

*3. Actori quando & quatenus magis quàm Reo favendum?*

RESp. Quamvis utriusque & Actoris & Rei parilis ſit conditio, tamẽ in principio litis, quoad ejus ordinationem, Actori magis, quàm Reo favendum, *arg. l. de die. 8. ubi Bart. in pr. & Jaſon. num. 2. ff. qui ſatisd. cog. l. ſi quis intentione. 66. ff. de Judic.* & ſcitè dicit. *Angel. Conſil. 250. num. 1.* Actori in exordio litis faveri, ut in dubio admittatur; in medio pariter utrique tàm Actori, quàm Reo, ut veritas indagetur: in fine Reo, ut in dubio abſolvatur. Quod exemplis declarat, Azo *in ſum. Pandect. tit. de reb. dub. verſ. illud autem conſtat.* Et probat hoc etiam *Gail. 1. Obſ. 22. num. 4. Obſ. 31. n. 12. Cui add. Magnif. Dn. Carpzov. de Proceß. Jud. tit. 4. art. 1. num. 23. & ſeq.*

*4. An Actor Judicem de Rei domicilio informare debeat?*

AFf. *Magnif. Dn. Carpzov. de Proc. tit. 3. art. 1. num. 10.* Actori Judicem imploranti incumbere de Rei domicilio ipſum reddere certiorem.

5. *An*

*5. An ſola inhabitatio domus alicujus probet domicilium?*

NEg. *Matth. Coler. in Proceſſ. Execut. part. 2. cap. 1. num. 35. & ſeq.* domicilium probari poſſe per ſolam domus conductæ inhabitationem; puta ſi quis in civitate aliqua focum & ignem, Feuer und Rauch / habeat, *l. libertus. 17. §. ſola ratio. 5. & § ſola domus. 13. l. 26. §. 2. ff. ad municipal.* Sed ex animo & voluntate alicubi domicilium habendi, *l. nullus. 4. Cod. de diverſ. off. & apparit. Jud. l. poſtliminii. 5. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. Zanger. de Except. part. 2. cap. 1. n. 6. idque probat. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Judic. quæſt. cent. 1. caſ. 86. num. 2. & 13. & Magnif. Dn. Carpzov. in Proc. Judic. tit. 3. art. 1. n. 20. & 21. quibus add. Excellentiſ. Dn. Struv. Exercit. Pandect. 9. th. 21.*

*6. Quomodo procedendum in cauſa, ſi Reus peremtoriè citatus non compareat?*

REſp. Si Reus tribus edictis, aut uno peremtorio citatus fuerit, nec tamen compareat, poſſeſſionē in petitorem transferri, vel ſi de cauſa liquet, definitivè pronunciari poſſe, *l. conſentaneum. 8. Cod. quomod. & quand. Jud. ſent.* Imò & poſt edictum peremtorium, ſi dies ejus ſupervenerit, abſens citari debet, &, ſive reſponderit, ſive non, agetur cauſa, & pronunciabitur; non ſolùm ſecundum præſentem, ſed interdum vel abſens, ſi bonam cauſam habuerit, vincet, *per text. expr. in l. & poſt edictum. 73. ff. de Judic.*

*7. An Reus, nondum fundatâ intentione Actoris, onus probandi ſuſcipere poſſit?*

REſp. Quamvis regulariter onus probandi incumbat Actori, poteſt tamen Reus, ſi velit, etiam nondum factâ intentione Actoris onus probandi ſuſcipere, *l. circa. 14. ff. de probat. & ibi Gloſſ. & Bald. qui dicunt, hoc procedere in quacunque cauſa. Cyn. in l. Actor. 23. Cod. de probat.* Et ſiquidem Reus hoc caſu non probaverit plenè, tamen non ſuccumbit, ſed Actor admittitur ad probationē actionis ſuæ, quo nihil probante Reus adhuc abſolvitur. *d. l. circa. ibique Gloſſ. Bart. & Bald. idem tenet. Cynus in d. l. Actor. in fin. & ibi Salicet. Modeſt. Piſtor. de Proc. Jud. pag. 1. cap. 43. num. 25. & ſeqq. Schneid. ad §. omnium. 1. n. 67. & ſeqq. Inſtit. de Actionib. Magon. Deciſ. Florent. 81. n. 2.*

*8. An Reus ſuſcipiens onus probandi, ſi non probet, perdat beneficium l. qui accuſare. 4. Cod. edendo?*

REſp. Non perdere beneficium *d. l. teſtatur Dec. in Conſ. 517. num. 7. & Caſſan. Conſ. 8. num. 1. quibus add. Magon. deciſion. Florent. 81. num. 1.*

*9. An Advocati ad præſtandum patrocinium Clienti per Judicem compelli poſſint?*

AFf. *per l. 1. §. ait. Prætor. 4. ff. de poſtulando. l. providendum. 7. verſ. ſi quis. Cod. eod.* Et poſſunt compelli ſub pœna privationis officii; Niſi legitimas excuſationis cauſas habeant, *d. l. providendum. 7. ibique Bald. vid. Magenhorſt. ad Ordinat. Cam. p. 1. tit. 19. p. m. 41. Caroc. Deciſion. 123. num. 14. & Gail. 1. Obſerv. 43. num. 3.*

*10. Advocati & Procuratores clientis ſui ſecreta pandentes, quomodo teneantur?*

REſp. Advocatos & Procuratores, qui ſecreta clientis ſui detexerunt, atque revelârunt adverſario, teneri erga ipſum clientem ad omne ejus damnum & intereſſe, ac etiam pœna prævaricationis falſi, *juxta Bart. in l. 1. ff. de prævaricat. Angel. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, falſario. n. 49. quibus add. Menoch. de arbitr. Judic. quæſt. lib. 2. cent. 6. caſ. 537. num. 25. & Bertazzol. lib. 2. Conſultat. deciſiv. conſil. 252. num. 1.*

*11. An Procurator de quota litis paciſci poſſit?*

REſp. Quamvis regulariter Advocatus vel Procurator de quota litis paciſci non poſſit, *per l. ſi qui. 5. & l. quisquis. 6. §. præterea nullum. 2. Cod. de poſtuland.* adeò ut Procurator, qui talia gerit, privari poſſit officio, *ſecund. Bertazzol. lib. 1. conſil. 91. num. 38.* Tamen ratione palmarii, id eſt, victoriæ, pactum vel ſtipulatio valet, *l. 1. §. ſi cuj. 12. ff. de variis & extraord. cognit.* atque eo nomine vel certi condictio, vel ex ſtipulatu actio, aut officium Judicis competit, *l. un. ubi Gloß. in verbo, conſtrinxerint, Cod. de ſuffrag. Gail. 1. Obſ. 44. num. 1. & 2.*

*12. An Subſtitutus à Procuratore poſt litem conteſtatam fiat litis dominus?*

NEg. Quia ejusmodi Procurator litem non eſt conteſtatus, & proinde non contraxit: *huc pertinet l. 20. C. de poſtuland.* quæ dum dicit nihil intereſſe, poſt, an ante litis conteſtationem ſubſtituatur, non vult etiam poſt, ſubſtitutum fieri dominum, ſed tantùm non intereſſe quoad cautionem de rato præſtandam, *Perez. ad tit. Cod. de poſtul. num. 6.*

*13. An ſententia in Dominum vel Procuratorem ſit ferenda?*

REſp. De Jure communi in Procuratorem neceſſario ſententia ferenda eſt, *l. 1. C. de ſent. & interloc. omn. Jud.* quia per litis conteſtationem Procurator efficitur litis & cauſæ Dominus. Secus de Jure Canonico & Camerali: Ubi omnes ſententiæ in perſonam Domini concipiuntur; quamvis cauſæ per Procuratorem agitentur. *Gail. 1. Obſerv. 111. VVurmſ. t. 32. Obſ. 7.*

TABULA

# TABULA III.

*Hactenus de prima parte Judicii, nimirum de judicantium & litigantium perſonis, tàm principalibus, quàm acceſſoriis, & iis, quæ res aliorum perſeqvuntur & adminiſtrant autoritate privatâ: Jam de iis, quæ autoritate publicâ; Et de ſecunda parte judicii, nempe de quæſtione, ſeu re controverſâ, quæ in Judicium deducitur?*

A. Agitur in hac Tabula

B. 1. *De perſonis*, quæ autoritate Publicâ res aliorum adminiſtrant: quales ſunt

*Syndicus*, cujus

- *Definitio*, Syndicus eſt Procurator, qui communi univerſitatis mandato cauſas ejusdem in Judicio adminiſtrat. *l. 1. §. 1. l. 6. §. 3. ff. quod cujusque Univerſ. nom.* Dicitur is & Actor Univerſitatis, *l. 2. ff. d. t. l. 74. ff. de Proc.* licet aliàs ſpecialiter dicatur actor is, qui à tutore vel Syndico datur, *l. 11. Cod. de Proc. Magnif. Dn. Struv. in Syntag. Jurispr. Exerc. 7. th. 40.*
- *Conſtitutio*, quæ fit ab Univerſitate, Civitate, vel Collegio, vel majore ejus parte, aut Magiſtratuum ordine, vel quibus ordo, vel ipſa lex & conſvetudo Univerſitatis colligendæ poteſtatem concedit, *Rosbach. de Proc. Jud. tit. 12. num. 9. Magnif. Dn. Struv. de Exerc. 7. th. 41.*
- *Electio.* Eliguntur in Syndicum regulariter omnes, qui non prohibentur. In ſumma: qui Procuratores eſſe prohibentur, nec Syndici eſſe poſſunt, *Rosb. d. t. num. 16. & ſeqq.*
- *Officium & poteſtas*, Syndicus in cauſa univerſitatis easdem, quas Procurator in negotio privato ſuſtinet partes. Unde etiam circa Syndici poteſtatem diſtingvitur, an ejus mandatum ſit generale ſimpliciter, an verò mandatum cum libera poteſtate, quod frequentius habere cenſetur. Priori caſu non licet ipſi ea agere, quæ ſpeciale deſiderant mandatum: Poſteriori verò caſu ejusmodi actus poteſt expedire. *Dn. Struv. d. Exercit. 7. theſ. 44.*

*Tutores & Curatores pupillorum & minorum.* Qui horum nomine rectè in Judiciis verſantur, Actiones inſtituunt & defenſiones ſuſcipiunt; ſive teſtamentarii, ſive legitimi, ſive dativi ſint. Antequam autem ad, mittuntur, tenentur—

1. Probare per teſtamentum vel tutorium & curatorium ſe tales tutores vel curatores legitimè eſſe conſtitutos; aliàs acta per hujusmodi tutores, tanquam falſos Procuratores haud valebunt, *per l. qui neque 8. ff. de reb. eor. qui ſub tit.* Sed ſententia ipſo jure nulla erit, ac pupillo non præjudicabit, *l. ſi tutor, 4. ibique Bart. num. 10. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt. Mynſ. cent. 2. Obſ. 37. Gail. 2. Obſ. 107. num. 1. & 2. Carpzov. in Proc. Jud. tit. 5. art. 3. num. 1. & 2. quib. add. Ord. Proc. Jud. Elect. Saxon. tit. 7. in pr. verſ.* Jnmaſſen denn / *ibi: Curatoria & Tutoria* alsbald mit dem erſten Satz einzugeben.
2. Producere tutorium & curatorium ſibi adminiſtrationem à Judice eſſe commiſſam, *l. ult. § ille Cod. arbitr. tut.* idque confirmatum eſt in Refor. Polit zu Augſpurg *Anno 1548. Tit.* Von den Pupillen und Minderjährigen Kindern Tutorn und Vormunden. 32. §. Daß auch ein jeglicher Vormund / er ſey gleich in Teſtaments-Weiſe verordnet / oder durch das Recht oder Richter gegeben / ſich der Vormundſchafft nicht unterziehen ſoll / die Verwaltung ſey ihme dann zuvor durch die Obrigkeit *decernirer* und befohlen. 2.
3. Inventarium conficere & rem pupilli ſalvam fore ſatisdare, *l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de adminiſtrat. 4. per. tut. l. tutores vel curatores. 24. Cod. eod. Mynſ. d. cent. 2. Obſ. 37. in pr. Rosb. in Proc. Judic. tit. 15. num. 3. Vid. Polit. Ord.* zu Franckfurth 1577. *tit. 32. § item* das

C. *Curator bonorum*, qui

- *Deſcribitur*, quod ſit, qui bonis debitoris abſentis ex conſenſu creditorum, vel officio Judicis datur & præficitur, ut ea adminiſtret, tueatur, diſtrahat & creditoribus inde ſatisfaciat, *Rosb. in Proc. Jud. tit. 15. num. 1. & ult.*
- *Datur* vel *bonis*
  - *Debitoris abſentis*, fraudulenter latitantis, & in creditorum fraudẽ & perniciem ſolum vertentis.
  - *Debitoris defuncti*, jacentiq; hæreditati.

  Hîc tamen diſtingvunt Dd. inter debitorem latitantẽ & abſentem; ut primo caſu bona abſq; curatore vẽdi poſſim: Altero verò curator bonis dandus ſit, exẽplo curatoris furioſi & prodigi, *Rosb. d. l.*

*Conſtitui-*

a b c

Conſtituitur vel
- Privatâ creditorum voluntate & conſenſu, *l. f. ff. de curat. bon. dand.*
- Officio, ſeu autoritate Judicis.

*Aſſumitur* vel ex ipſis creditoribus conſenſu cæterorum, vel aliunde, *l. 2. l. debitor.* 13. *ff. de negot. geſt.*

*Conjunctæ perſonæ*; veluti parentes, liberi, fratres, agnati, cognati, affines, liberti; Hi omnes ipſa juris autoritate etiam ſine mandato, pro ſe invicem agere & ſe defendere poſſunt, *l. ſed & hæ 35. l. non ſolum. 39. §. ſi de dote, & l. Pomponius. 40. §. in his autem perſonis, ff. de Procur.* & Procuratorem conſtituere dummodò de rato caveant, *d. l. 39. §. 1. & d. l. 40. §. 2. & 4. ff. de Procurat.* Et hoc procedit in omnibus tranſverſalibus usque ad decimum gradum, quod tamen nonnulli ultra quartum gradum non extendunt; Secus in aſcendentibus & deſcendentibus, ubi in infinitum locum habet, *Rosbach. tit. 14. num. 3.*

2. *De quæſtione*, quæ eſt res controverſa coram judice, ejus dirimendæ causâ, expoſita. Et conſiſtit vel in

- *Facto*. Facti quæſtio eſt, cùm de facto, de quo fortè nondum liquet, quæritur, & lis eſt, *l. eum quem. 79. §. 1. ff. de Judic. l. quatenus. 24. ff. de R. I.* ubi JCtus Paulus inquit, quatenus alicujus interſit in facto non in jure conſiſtit, & exemplum eſt *in l. item Mævius. in fin. ff. de ſtat. hom. & in l. ſervius. 122. ff. de V. S.* In hac quæſtione quæritur, aut de ipſo facto, vel ſi de eo conſtet, de ejus circumſtantiis, puta ſi factum liquet, quis fecerit, quomodo fecerit, quo loco, quo tempore, quo inſtrumento, quibus præſentibus &c. *Rosb. tit. 1. num. 43.*
- *Jure*, quæſtio juris eſt, cùm de jure quæritur, quodnam ex facto in præſenti caſu debeatur, vel cùm quæritur, ſecundum LL. rectum & jure ne factum ſit, fierive potuerit, vel non? & quid jura legesque ea de re ſtatuerint? Ut ſi conſtet Mævium occidiſſe Cajum, & quæritur, an jure occiderit, vel non, & quâ pœnâ afficiendus, *Rosb. d. l. n. 50. vid. Menoch. lib. 1. de præſumt. quæſt. 11. num. 5. & ſeqq.*

1. *An Syndicus ſemper ex univerſitate eligendus ſit, an verò etiam extraneus eligi poſſit?*

RESp. Olim quidem de hoc dubitabatur, proptereà, quod Syndicus ex univerſitate majori ſtudio ac fide communitatis ſuæ cauſas agere præſumeretur, quàm extraneus quivis, *per l. planè. 4. ibique Dd. ff. quod cujusque univerſ. nom.* Verùm hodiè hoc deciſum eſt, & admittitur quivis extraneus; quod etiam approbat *Ordin. Proceſſ. Judic. Elect. Saxon. tit. 7. §.* **Da nun ein Mandat.** *verſ.* **Sonſten aber auch ein Syndicus / wenn er gleich nicht aus der Gemeinde oder** *de Univerſitate* **iſt / zugelaſſen werden.** *vid. Magnif. Dn. Carpz. in Proc. Judic. tit. 5. art. 4. num. 11. & ſeqq.*

2. *An Syndicus bona Civitatis & Civium obligare poſſit?*

RESp. Syndicum, ſufficiens mandatum habentem, univerſitatem & ſingulas perſonas & civium bona in ſolidum obligare poſſe, *Bart. Jaſon. & alii in l. civitas. 27. ff. de reb. cred. Gail. 2. Obſerv. 72. num. 13.* Prædicta tamen tantùm procedunt in civitate habente poteſtatem legis condendæ, ut ſunt in Imperio Civitates Imperiales, non recognoſcentes alium ſuperiorem, quàm Cæſarem, & tales Civitates jura Principis habent, & tantum poſſunt in ſua Republica, quantum Imperator in Imperio, *Bart. in d. l. civitas. num. 2.* Non autem in Civitatibus Municipalibus, quæ ſuperiorem recognoſcunt, & poteſtatem legis condendæ non habent, ſed loco privatorum ſunt, *l. eum, qui vectigal. 16. ff. de verb. ſignif. & ibi Gloſſ. in verbo, habentur.*

3. *An Syndicus mutuam pecuniam accipiens probare debeat, eam in utilitatem Civitatis veram eſſe?*

RESp. Aut Syndico *ſpecialiter* conceſſum eſt, ut mutuam pecuniam acciperet nomine civitatis, & tunc obligabitur Civitas, etiamſi non appareat, pecuniam verſam in ejus utilitatem, *l. habebat. 13. ff. de Inſtit. act.* Aut *ſimpliciter* ei adminiſtratio civitatis conceſſa, & tunc non aliter obligabitur pro mutuo accepto, niſi probetur pecuniam in utilitatem Civitatis verſam eſſe, *per l. 1. §. non autem. ff. de exerc. act. & l. civitas. 27. ff. de reb. cred.* idque probat *JCtiſſimus Dn. Strauch. in prælect. public. add. l. civitas. cui add. Gail. de Arreſt. cap. 9. num. 6.*

4. *An in citanda Civitate Syndicum citare ſufficiat?*

NEg. *Bart. in l. civitates. ff. quod cujusque univerſ. nom.* ſed citandos eſſe, qui præſint Civitati ſeu Univerſitati, *per Gloſſ. in l. non poteſt. ff. de re judic. & l. municipibus. ff. de condit. & demonſtrat.*

5. *An tutores teſtamentarii admittantur, producentes pro tutorio Copiam teſtamenti?*

Aff. *Gail. 2. Obſ. 107. num. 5.* ſufficere, ſi teſtamentarii tutores dati ſint, loco tutorii vel Curatorii exhibere copiam collationatam teſtamenti, vel aliud legitimum documentum, ex quo Judici conſtare poſſit, conſtituentes Actorem eſſe teſtamentarios, ſola enim & nuda allegatio, quod videlicet teſtamentarii tutores ſint, non ſufficit,

 idque

idque probat *Berlich. part. 1. concl. 16. num. 6. & ſeq.* Diſſentit *Fibig. in proc. Judic. p. 1. c. 2. membr. 3. §. 6. Q. Carpz. in proc. tit. 5. n. 6. & ſeqq.*

*6. An pater tutor liberorum ſuorum naturalis, tutorio opus habeat?*

NEg. Quia pater, ſive quoad bona adventitia, ſive caſtrenſia, & ſive uſumfructum in bonis adventitiis habeat, ſive non, *l. ult. C. de curat. furioſor. l. ult. §. ſin autem. Cod. de bon. quæ liber.* nomine liberorum in Judicio agendo vel defendendo admittitur absque ullo tutorio & confirmatione, quod non modò in Scabinatu Electorali, ſed & in ſupremo Appellationum Judicio Dresdenſi & Curiâ Provinciali Lipſienſi aliquoties obſervatum teſtatur *Magnif. Dn. Carpzov. in Proceſſ. Judic. tit. 5. art. 3. num. 11. 12. & ſeqq.*

*7. An pupillo etiam impuberi, tutore adhuc deſtituto Curator ad certam litem dari poſſit?*

AFf. Hoc *Alexand. lib. 2. conſil. 122.* quem ſequitur *Magnif. Dn. Carpzov. lib. 5. Reſp. Jur. 86.* idque rationibus confirmat *in Proc. Judic. tit. 5. art. 3. num. 33. & ſeqq.* Nimirum ſi Curator ad litem conſtituatur pupillo impuberi causâ inter ipſum & tutorem exiſtente; quid cauſæ eſſet, ut non idem obtineat in caſu, quo pupillus tutorem nunquam habuit. Deinde ſi etiam Curator detur abſenti, prodigo, furioſo, aliisque qui rebus ſuis præeſſe nequeunt, *l. ſed & 2. l. 15. l. 16. & t. t. ff. de curat. furioſ.* ad agendum etiam in Judicio & expedienda ea, quæ ſunt conſilii & animi, *l. conſilio & operâ. 7. in pr. & l. 9. ff. eod.* non certè animadvertere poſſumus, cur diverſum obtinere debeat in pupillo tutorem non habente, *add. l. Curatorem. 25. ff. de tutor. & curat. dat. ab his &c.*

*8. Curator ad certam cauſam à quo Judice ſit conſtituendus?*

REſp. Curatorem ad certam litem ab eo conſtitui debere Judice, ad quem cauſæ illius vel negotii, quod in judicium deducitur, cognitio pertinet, *l. ult. §. ſed ſi quis. 1. Cod. de adminiſtrat. tutor. ibique Bart. Berlich. p. 2. concl. 18. num. 3.* Ratio diverſitatis eſt, quod ejusmodi Curator principaliter rei vel cauſæ datus cenſetur, ut vel propterea actus dationis ab eo Judice expediri debeat, ad quem cauſæ illius cognitio pertinet. *vid. Magnif. Dn. Carpzov. in Proc. Judic. tit. 5. art. 3. n. 43. & ſeqq.*

*9. An maritus pro uxore ſine mandato agere poſſit?*

REſp. Maritum in judicio nomine uxoris, absque ſpeciali mandato dummodò de rato caveat, agere, litemque proſequi, & à ſententia Judicis primæ inſtantiæ, ad ſuperiorem appellare poſſe, *l. maritus. 21. ibique Dd. Cod. de Procurat. vid. vot. & præjudic. Camer. tom. 1. Symph. p. 5. vot. 17. pr. Bart. Bald. & communiter Dd. ad d. l. maritus. Mynſ. cent. 3. Obſ. 53. n. 2.*

*10. An uxor pro marito abſente agere & appellare poſſit?*

NEg. *per l. quia abſente. 4. C. de Procurat.* Ibi, *nec oberit tibi, quòd uxor tua interfuit judicio, aut etiam acquievit ſententiæ: Cùm aliena negotia per mulieres non aliter agi poſſint, niſi in rem ſuam, & proprium lucrum mandatæ ſint eis actiones. add. l. 53. ff. eod.* Fallit tamen hoc, ſi pro libertate mariti agat, *l. 3. ff. de liberali cauſ.* Sic in Camera uxor pro liberando marito captivo, tanquam conjuncta perſona admittitur, *d. l. 3.* quia carcer eſt ſpecies ſervitutis. *l. 2. ff. de libero hom. exhib. l. Titio. 71. §. Titio. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. frater à fratre. num. 56. ff. de condict. indebit. Hartman. tit. 50. Obſ. 4. num. 6. Gail. 1. Obſ. 133. num. 8. & ſeqq.*

*11. An Amicus ſine mandato pro amico agere poſſit?*

REſp. Poſſe, dummodò cautionem de rato præſtet, *Jaſon. & alii in l. exigendi. 12. Cod. de Procurat.* Ratio communis eſt affectio, ex qua tacita voluntas abſentis conjuncti arguitur, *Rosbach. tit. 14. num. 14. Gail. 1. Obſ. 133. num. 2.*

TAB. IV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0014-1

# TABULA IV.

*Abſolutâ parte Proceſſus communi; ſequitur pars propria, quæ circa ipſum Proceſſum ſive formam & ordinem procedendi in cognoſcendis, decidendisque cauſis forenſibus verſatur.*

a. *Pars propria conſiſtit in ipſo Proceſſu.* Qui vel *Ordinarius*, &

*Definitur*, quòd ſit, quo juris ordine ſolenni ſervato controverſiæ in Judiciis ſolenniter & ordinariè tractantur, *c. quoniam contra. 11. X. de probat.* hoc eſt, quando proceditur offerendo libellum, litem conteſtando ſolenni formâ, & reliqua peragendo, quæ ad ſubſtantiam Proceſſus ſpectant.

b. *Dividitur in tres actus*, nimirum

c. *Præparatorios*, qui à principio uſque ad litis conteſtationem excluſivè præcedunt. Horum *decem* ſunt.

d. *1. Supplicatio pro impetranda citatione.* Cujus

- *Definitio. Supplicatio* eſt ſummaria controverſiæ recenſitio cum petitione pro decernendis Proceſſibus, *Fibig. de Proc. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 11. pag. 17. Frider. de Proc. p. 4.*
- *Oblatio*, quæ fit vel
  - In Scriptis, durch das loß bitten.
  - Oretenus, durch das mündliche ſupplicïren.
- e. *Requiſita*, tum ex parte
  - f. *Litigantium* ſunt, ut ſupplicantes
    - 1. Breviter, aptè & perſpicuè, ita ut Judici de facti qualitate conſtare poſſit, conficiant ſupplicationes.
    - 2. Communes orationũ partes obſervent; nimirum
      - *Exordium*, quod honorificam Judicis compellationem, officium atq; titulum, partium litigantium nomina continet.
      - *Propoſitionem*, quæ controverſiæ ſummariam deciſionem ex jure communi, vel aliqua Imperii Conſtitutione ſpeciali, & interdum ex utroque paucis definit, & actionis, quam actor intendit, ſummam & quaſi fundamentum ponit.
      - *Narrationem*, quæ commemorat in cauſis
        - Simplicis querelæ, facti, ex quo controverſia nata eſt, circumſtantias & qualitates.
        - Appellationum, querelam de gravamine quopiam, vel de legitima Proceſſus ratione non obſervata, vel utroque conjunctim.
      - *Concluſionem*, quæ complectitur petitionem Proceſſuum.
    - 3. Vel eorum Advocati & Procuratores de Jure Camerali, & conſuetudine in territorio Elect. Saxoniæ, noviter introductâ nomina ſua ſubſcribant, quod poſterius tamen in foro Saxonico communi non obſervatur, *vid. Frider. de Proc. Judic. pag. 8.*
    - 4. Humili reverentiâ Judicem accedant, & ſupplicationem inſinuent, vel ipſi Judici, vel Aſſeſſoribus, aut Judicii Secretario.
  - *Indicantium*; nam
    - 1. Judex libellos ſupplices benignâ manu aſſumere, eorumque narrata diligenter ponderare debet; ne contra Imperii Conſtitutiones, vel jus commune Proceſſum decernat, *Fibig. d. l. n. 5.*
    - 2. Judex, ſupplicationum narratis niti, & partis periculo Proceſſus de Jure Camerali decernere debet; quotiescunque Jurisdictio Cameræ in dubium vocari poteſt, *Gail. 1. Obſ. 31. n. 1. & Obſ. 119. n. 6. & 7.* Sed hoc hodiè mutatum, quia ſupplicantes narratorum aliqualem probationem adferre tenentur, *Rec. Imp. de Anno 1654. §.* Alle Supplicanten. *73.*

d. *2. Citatio*, cujus

- *Definitio. Citatio* eſt Rei ad Judicem judicii ſuſcipiendi cauſa vocatio, *Nobil. Dn. Strauch. Diſſ. 24. a. 1.*
- e. *Diviſio*
  - *A Forma*, in
    - *Publicam*, quæ fit publicè vel per
      - *Edictum* foribus Rei, templorum vel curiarum valvis affixum, *Gail. 1. Obſ. 57. n. 1.*
      - *Proclama*, quando præco, der Frohnbotte/publicè citat per plateam, altâ & intelligibili voce.
      - *Campanam, tubam & vexilli erectionem*, quæ tamen propriè hujus loci non eſt.
    - f. *Privatā*, quæ fit privatim in perſonam; eſt vel
      - *1. Verbalis*, quæ fit vel
        - *Vivâ voce. Roſb. tit. 22. & 23.* vel
          - *In faciem*, quando Reus coram & in faciē ad judicium per nuncium vocatur.
          - *Ad domum*, quando quis vivâ voce præconis ad domum, ſi vel contumacia abſit, vel latitet, in judicium vocatur.
        - *Literis* quæ rurſus eſt vel
          - *Dilatoria* ſeu *ſimplex*, quæ citatum non prius reddit contumacem, quàm tribus vicibus emiſſa ſit: Et ejusmodi tres poſt legitimum decem dierum intervallum emiſſæ vim peremtoriæ habent.
          - *Peremtoria*, quæ in ſe particulam peremtoriè, & tantum temporis, quantum aliàs tres Citationes dilatoriæ complectuntur, continet, *Roſb. tit. 25. num. 1. & 2.*

a b c d e

- f 2. *Realis*, quando reus certas ob cauſas per apparitores: vel miniſtros publicos apprehenditur & ad judicium ducitur, quæ regulariter in criminalibus, quandoque verò etiam in civilibus locum habet, *Rosbach. tit. 26.*

*Medios. Tab. 8.*

*Ab Objecto in*
- 1. *Generalem*, quæ fit ad omnes, quorum aliquo modo intereſt, id quod fit, quoties contradictor incertus eſt, *Gail. 1. Obſ. 57. n. 6.* ut fieri ſolet in Proceſſibus liquidationum, *Magnif. Dn. Carpz. lib. 3. Reſp. 23. n. 18. 19. & de Proc. tit. 7. art. 4. num. 30.* vel quoties is, qui emturus eſt caſtrum evictionem timet, tunc enim is poteſt petere citationem omnium eorum, quorum intereſt, & jus aliquod in caſtro emendo prætendunt, cum comminatione perpetui ſilentii, *Gail. 1. Obſ. 57. n. 9. Mynſ. cent. 4. Obſ. 33. Giph. de Ord. Judic. tr. 1. c. 12. p. 92.*
- 2. *Specialem*, quæ ad unum aliquem Judicii actum, puta exceptionem, probationem, publicationem atteſtationum, ſententiam &c. dirigitur, *VVeſemb. in Parat. de Judic. Cod. num. 5. lit. B. Gail. 1. Obſerv. 49. n. 7.*

*Poſteriores. Tab. 11.*

*Requiſita*
- *Intrinſeca* ſunt, ut exprimatur
  - 1. Nomen Judicis citantis, ut citatus
    - Poſſit videre, an Judex competens ſit, nec ne?
    - Cognoſcat citationem ex juſſu Judicis (procedere.
  - 2. Nomen & cognomen ejus, qui citatur, *Gail. 1. Obſ. 48. n. 8.*
  - 3. Nomen & cognomen actoris, *Gail. d. l.*
  - 4. Citationis cauſa, quæ deſumitur ex libello ſupplice citantis: Et de ſtylo noviſſimo libellus ſummarius ſupplicationi pro citatione vel eſt adjungendus, vel ſi libellare non eſt volupe in ſupplicatione oblatio facienda, quod narrata citationis loco libelli in primo termino velimus repetere, *Rec. Imp. de Anno 1654.* §. Dieſem nechſt. 29.
  - 5. Locus Judicii. 6. Tempus ſeu terminus comparitionis, *Gail. 1. Obſ. 53. n. 1.*
- *Extrinſeca*, ut
  - 1. Suo tempore & loco citato inſinuetur, *Gail. 1. Obſerv. 54. vid. Mynſ. cent. 6. Obſ. 10.*
  - 2. Nuncii relatio ad acta redigatur, *Rosbach. tit. 22. n. 30.*

*Effectus*, de quo *vid. Rosb. tit. 22. n. 42. & ſeqq.*

*Extraordinarius*, quo ſummariè ſine ſolennitatibus, ſtrepitu & Judicii figura proceditur, *Bald. ad l. 9. n. 1. 5. & 6. ff. de Judic. Dd. in Clem. ſæpe. de verb. ſignif. Marant. p. 4. Diſput. 9. num. 1. & ſeqq.*

---

1. IN Camera Imperiali duplex eſt modus Proceſſus impetrandi, *Extrajudicialis & Judicialis. Modus extrajudicialis* eſt, quando Procurator, vel ipſe Principalis, ſi præſens eſt, ad ſupplicam, quam Notariis in Cancellaria regiſtrandam, & poſtmodùm ad Senatum deferendam exhibet, per decretum extrajudiciale Proceſſus decerni rogat, & finito Senatu ad horam decimam antemeridianam in Cancellaria reſponſum ſive decretum ſupplicationi per Notarium inſcriptum exſpectat. *Modus judicialis* eſt, quando Procurator ſupplicam judicialiter coram tribunali, hoc eſt, in publicâ audientia exhibet, & ſententiam Judicis ſuper Proceſſibus decernendis requirit, *Roding. in Pand. Cam. lib. 3. tit. 2. §. 2. in add.*

2. *Ad quos ſupplicatio, pro Proceſſibus impetrandis, dirigenda?*

REſp. Supplicationem ad eos dirigendam eſſe, qui Judicio præſunt, non verò ad Protonotarium, ne, dum ſupplicans præſidii ſpem ponit in famulo, cujuscunque etiam dignitatis ſit, dominum offendat, poſtulationisque ſuæ remoram patiatur. Sic in Camera Imperiali Judex Cameræ ejusve vicarius tantummodò in ſupplicationibus exprimitur, *Denaiſ. in Jur. Cam. tit. 247.*

3. *Formula ſupplicationis pro citatione in principio litis videatur apud Frider. in Proc. Jud. pag. 9. quæ talis eſt:*

(Mutatis mutandis, nach dem Adels-Perſonen oder andere ſuppliciren.)

Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen bey dero Löbl. Ober-Hoffgericht wohlverordneter Herr Ober-Hoffrichter / Hoch-Edler / Geſtrenger und Veſter / Inſonders großgünſtiger und hochgeehrter Herr / E. G. können wir klagend nicht bergen / ob wohl wir / und unſere Vorfahren / vor 10. 20. 30. 40. und mehr Jahren / in geruhiger *quaſi poſſeſs* und Gewehr iederzeit männiglich unverhindert gewesen / und euch die Höltzer auf der N. zu betreiben / darinnen zu ſpähnen und zu graſen / ſo hat ſich doch kurtz verrückter Zeit Titius unterſtanden / thätlich und *de facto* weniger denn mit Recht uns in ſolcher geruhiger *quaſi poſſeſs* zu *turbiren*, das Betreiben / Spähnen und Graſen mit thätlichen Verbohten einzulegen / und darüber eine Kuhe gepfändet / auch etliche der unſerigen übel geſchlagen. Wenn wir denn nicht bedacht ſolcher Verunruhigung uñ thätlichen Turbirung nachzuſehen / ſondern Rechtlich zu klagen / und dargegen

dargegen uns zu ſchützen. Als gelanget an E. G. unſer dienſtliches Bitten / Sie wollen auf einen nahmhafften Tag des vorſtehenden Hoff-Gerichts Crucis / oder wenn das nechſte iſt / den Titium von Ampts wegen gebührlichen citiren und vorbeſcheiden / auff unſere Rechtliche Klage / ſo am Churfürſtl. Sächſ. Ober-Hoffgerichte erhaben werden ſoll / ſich mit gebührlicher Antwort einzulaſſen / oder alle ſeine vorzügliche Schutzwehren / ſo er zu haben / und ſich der Antwort damit zu erwehren vermeinet / Gerichtlichen einzubringen. Solches ümb E. G. etc.

4. *An præciſè requiratur, ut huic ſupplicationi libellus inſeratur?*

RESp. Non præciſè requiri, ſed ſufficere, ſi libellus in termino vivâ voce dictetur, & Judici interim in ſupplicatione pro impetrando Proceſſu & Citatione ſola facti ſpecies abſque concluſione enarretur; In ſupremo autem Appellationis Judicio Dresd. aliud obtinet, ubi libellus actionis cum libello Supplicationis ſeu Citationis in ſcriptis ſimul exhibetur & Reo transmittitur; Quod & in Camera Imperiali obſervatur, *vid. Frider. de Proc. Jud. pag.* 10.

5. QVomodo in ſupremo Appellationum Judicio Dresd. formari hodiè ſolet Supplicatio pro extrahendo Proceſſu, *vid. all. Frider. p. 11. & pag. 12.* ubi reperitur Formula Supplicationis pro extrahendo Proceſſu in Proceſſu ſummario in puncto mutui, wenn *in ſupremo vel etiam inferiori Judic. Electoral. Saxon.* auff klar Brieff und Siegel *executivè* geklagt wird.

6. *An ſi plures litigent perſonæ, ſingulis in ſpecie inſinuanda ſit citatio?*

AFf. Quia omnes, quorum intereſt, citari debent, *l. de unoquoque 47. ff. de re judic. l. nam ita divus. 39. ff. de adoption.* Ergò non ſufficit ex pluribus litis conſortibus unum vel alterum ſolummodò citari, ſed omnibus in ſpecie Citationem inſinuari neceſſe eſt, *l. 1. & 2. Cod. de conſort. ejusd. lit. l. planè. 3. ff. fam. erciſc. vid. Ordin. Proc. Judic. Elect. Sax. tit. 4. in pr. verſ.* Würden auch mehr *litis conſorten* zu einer Sache gehören / ſoll es nicht gnugſam ſeyn / daß man einem oder zweyen ihres Mittels die Citation zubringen laſſe / ſondern es ſoll dieſelbige iedem abſonderlich inſinuirt werden / *Berlich. p. 1. concluſ. 10. num. 44.*

7. *In quibus caſibus citatio edictalis locum habeat?*

QVamvis Judex ab edictali citatione incipere non debeat, ſi in perſonam, vel ad domum ſolitæ habitationis executio citationis fieri poſſit; quia citationes edictales ſunt à jure communi exorbitantes, *l. dies. 4. §. prætor ait. 5. ff. de dom. infect.* Ideò ultra ſpeciales caſus non ſunt extendendæ, quos recenſet *Gail. 1. Obſ. 57. num. 3. & ſeqq.* (1) Citatio edictalis decerni poteſt, ſi quis per ſe, vel per alios quoque modo efficiat, ne citatio ad ſe pervenire poſſit. (2) Quando locus, ubi quis citari debet, non eſt tutus. (3) Si citandus ſit vagabundus, quo caſu affigi debet edictum citatorium in illa civitate, eove in loco, ubi ſolitus aliàs eſt vagabundus converſari. (4) Si contradictor ſit incertus, & citentur omnes in genere, quorum intereſt. E. g. Creditores defuncti, ſi in diverſis locis habitent, & incerti ſint, poſſunt citari per edictum & publica proclamata, ut compareant coram omnium ſuperiore Judice, ad eum effectum, ut creditum ſuum ibi proponant & deducant, vel ad videndum imponi ipſis perpetuum ſilentium, *Gail. d. Obſ. num. 7.* (5) Obtinet ratione incertitudinis contra creditores defuncti, ad videndum fieri inventarium, juxta formam *l. ſancimus. Cod. de jure delib.* Denique (6) in materia diffamationis poſſunt per edicta citari omnes, qui ſua intereſſe putaverint, *Gail. d. Obſ. & Obſ. 9.*

8. *An elapſo termino citationis edictalis, illi, quorum intereſt, adhuc comparere, & de ſuo intereſſe docere poſſint?*

DE hac quæſt. vide *Eelin. in C. grat. de off. & poteſt. Judic. deleg. num. 7.* ubi concludit, quod ſic, ſi veniant ante ſententiam impoſitionis perpetui ſilentii. *Gail. 1. Obſ. 57. n. 8.*

9. *An citatio extra territorium fieri debet?*

RESp. Canoniſtæ communiter concludunt, tripliciter fieri poſſe citationem contra non ſubditum extra territorium. Primò, per nuncium; Secundò, per Judicem rei ſitæ; Tertiò, per edictum. De quibus *vid. Gail. 1. Obſerv. 56. n. 3. 5. & 7. Hartman. tit. 6. Obſerv. 9.* Verum hodiè, quando alterius Magiſtratus ſubditus extra territorium eſt citandus, ſive ad teſtimonium dicendum, ſive ad alium quemvis actum, fieri id debet per literas mutui compaſſus, ſeu ſubſidiales, requiſitionales & imploratorias, quibus Judex de cauſa cognoſcens, ad alium Judicem, cujus jurisdictioni citandus ſubeſt, ſcribit, & petit, ut Judex requiſitus ſubſidiariè vel permittat citationis executionem fieri in loco ſui territorii, vel ipſe ſaltem Reum ad præfixum terminum, qui in edicto citatorio continetur, moneri ad comparitionem curet, offerendo ſe in ſimili caſu facturum paria, *Coler. de Proceſſ. execut. part. 3. cap. 7. num. 37. Magnif. Dn. Carpz. in Proc. Judic. tit. 7. art. 3. num. 7. Fibig. de Proc. Judic. cap. 2. membr. 3. §. 3. n. 27. pag. 20.* ubi etiam Formulam Citationis in ſubſidium uſitatam ſuppeditabit.

10. QVomodo Citationes in inferioribus Judiciis, & in ſupremo Appellationum Judicio Dresd. formari debeant, *vid. Frider. de Proceſſ. Judic. pag. 14. 15. & ſeqq.*

11. QVomodo relatio Nuncii de inſinuatione facta ſit formanda, *vid. Fibig. d. l. pag. 26.*

# TAB. V.

## De libello, contumacia & dilatione.

Reliqui actus præparatorii, qui Judicium præcedunt, ſunt

a) Libellus, cujus

- *Definitio*, *Libellus* eſt brevis quædam conceptio verborum, ſeu ſcriptura, claram Actoris petitionem, cauſas & actionem continens, *Termin. de Proc. c. 20. n. 1. Rosbach. de Proc. Judic. tit. 33. n. 1. Excell. Dn. Strauch Diſſ. 24. aph. 5.*
- *Diviſio*, eſt vel
  - 1. *Simplex*, qui ſimplici & continuâ oratione conſtat.
  - 2. *Articulatus*, qui propoſitionibus certis diſtinctus & formatus eſt. Sed modus articulandi & ad articulos reſpondendi in Camera hodiè *per noviſſ. Imp. Rec. 1654. §.* Dieſem nechſt. *29.* ſublatus eſt: Quia Actor in libello factum ſummariè, breviter & nervosè, diſtinctè tamen & clarè proponere debet, *de Rec.*
- *Oblatio* fit vel
  - 1. *Judici* (vel ab Actore ipſo vel ab ejus Procuratore) *Nov. 53. c. 3. §. ſancimus. Nov. 112. c. 1.* ut ſecundum inſtitutam actionem ſententiam dicat, *l. ut fundus. 18. ibiq; Godofr. ad marg. lit. O. ff. comm. divid.*
  - 2. *Reo*, ut ſecum deliberare poſſit, utrum cedere, an contendere velit, *l. 1. ff. de edend. Rosb. tit. 33. num. 11.*
- *Materia*, quòd libellus regulariter requiratur in omnibus cauſis, quæ ordinario proceſſu expediuntur, ſive civiles ſint, ſive criminales, *l. ult. C. de annal. except. Nov. 53. cap. 3. §. ſancimus. Nobil. Dn. Strauch. d. Diſſ. aph. 5.* In cauſis verò ſummariis & brevibus, vel ubicunq; ſummatim & de plano res eſt expedienda, non exigitur libellus, ſed ſufficit qualiſcunque petitio apud acta facta, *Rosb. d. tit. num. 16.*
- *Subſtantialia* ſunt
  - 1. *Exordium*, quod nomen Judicis, Actoris & Rei continere debet, *Boc. claſſ. 6. th. 14.*
  - 2. *Narratio facti.* Factum enim ita clarè & aptè narrandum, ut ex eô medium concludendi evidenter reſultet, & concluſio aptè ſequatur, *Rosbach. tit. 33. num. 25.*
  - 3. *Medium concludendi*, ſeu *cauſa petendi*, quæ in qualibet actione duplex eſt, vel
    - *Proxima*, quæ in actione reali
    - *Remota*, quæ in perſonali
    - } Exprimenda.
  - 4. *Concluſio*, in qua tota vis libelli conſiſtit; & ut maximè quis ineptè narret, ſi tamen benè concludat, libellus eſt firmus & validus, *Gail. 1 Obſ. 61. num. 15. Rosbach. d. tit. num. 31.* Hæc autem requiſita ſeu ſubſtantialia Hoſtienſis his verſibus comprehendit:
    Quis, quid, coram quo jure petatur, & à quo.
    Rectè compoſitus quisque libellus habet.
- *Accidentalia* ſunt
  - 1. *Actionum plurium cumulatio*, *Vult. l. P. 2. c. 29. Nobil. Dn. Strauch. Diſſert. 24. aph. 6.*
  - 2. *Expenſæ Judiciales*, quæ in libelli concluſione petuntur adjectâ proteſtatione de futuris, *Dn. Strauch d. l.*
  - 3. *Clauſulæ ſalutares*, uti ſunt, Darüber oder wie es ſonſten omni meliori modo & formâ hätte gebeten werden ſollen / können oder mögen / implorirt er Nobiliſſimum Dn. Judicis officium pro ſaluberrima Juris & Juſtitiæ adminiſtratione, ſalvo jure addendi, minuendi vel corrigendi.
- *Effectus*
  - 1. Actor fateri creditur, quæcunque libello complexus eſt.
  - 2. Reus cogitur libello reſpondere.
  - 3. Facit rem litigioſam, *Nov. 112. c. 1.*
  - 4. Interrumpit præſcriptionem, *l. fin. C. de annal. except.*
  - 5. Pœnæ perſecutionem ad hæredes transmittit, *l. 33. ff. de O. & A.*

b) Contumacia, cujus

- *Definitio*, *Contumacia* eſt erga Judicem quoq; modo commiſſa inobedientia, *Ampliſſ. Dn. Strauch. Diſſ. 24. aph. 7.*
- *Diviſio* in
  - *Veram*, quando quis tribus edictis vel uno peremtorio citatus, ita ut certo conſtet citationem in ejus notitiam perveniſſe, per malitiam latitat, *l. 53. §. 1. ff. de re judic. l. ad peremtorium. 68. cum trib. ſeqq. ff. de judic.*
  - *Præſumtam* ſeu *fictam*, quando ſufficienter quidem citatus emanere tamen creditur abſque malitia, eò quod ad notitiam ejus citatio fortè non pervenerit, *Rosbach. tit. 30. num. 5. Excell. Dn. Struv. Exerc. 9. th. 67.*
- *Requiſitum*, ut contumacia commiſſa accuſetur: Quia abſens non prius contumax cenſetur, quàm ejus abſentia ab adverſario præſente accuſata fuerit, *l. proponendum. 13. §. Et ſi quidem. 2. C. de Jud. ibique Dd. & God. lit. P.*

a b

- *Institutio* fit vel adverſus
  - 1. *Actorem* ſeu *appellantem, qui contumaciā committit*, vel
    - *In termino citationis*, ubi citatio circumducitur & *Reus* ab inſtantia abſolvitur, *l. & poſt edictum.* 73. §. 1. & 2. *ff. de Judic.* & tunc novâ citatione Actori opus eſt, *Gail. 1. Obſ. 59. n. 2. Mynſ. cent. 5. Obſerv. 97. num. 2.*
    - *Poſt terminum citationis*, & vel
      - *Ante litis conteſtationem*, ubi *Reus* vel abſolutionem à citatione petere, vel, ſi hoc maluerit, etiam abſente Actore litem conteſtari poteſt, ad id, ut ſententiam abſolutoriam obtineat, non ſolùm à citatione, aut inſtantia; ſed ab omni omninò lite, & in cauſa principali procedat, *Steph. ad Novell. 112. n. 15. add. Gail. 1. Obſ. 59. n. 4. & 5.*
      - *Poſt litis conteſtationem*, ubi Judex vel abſolvet Reum ab obſervatione Iudicii, ſive ab inſtantia, Actore in expenſas litis condemnato, *l. 12. §. 1. Cod. de Judic.* vel receptis teſtibus Rei (item inſtrumentis ejus cæteris) ipſam cauſam cognoſcere & per ſententiam definitivam terminare poterit, *Steph. d. l.*
  - 2. *Reum, qui emanet* vel
    - 1. *Ante litis conteſtationem*, & Actor mittitur in bonorum poſſeſſionē vel ex
      - *Primo decreto* ſcil. Judicis, per quod *Actor* acquirit *in actione*
        - *Perſonali* cuſtodiam & detentionem bonorum, non univerſorum, ut olim, ſed priùs mobilium, pòſt immobilium, & quidem pro menſura debiti, ſeu quantitatis petitæ.
        - *Reali*, ſi tota res petatur, totius rei poſſeſſionem, ſi pars tantùm, partem petitam, *Schultz. in Syn. Judic. th. 93. Rosbach. t. 31. num. 1.*
      - *Secundo decreto*, ex quo *Actor* anno elapſo à tempore primi decreti interpoſiti verus poſſeſſor, vel etiam dominus eſſe jubetur, *Rosbach. tit. 32. n. 2. 3. & 5.*
    - 2. *Poſt litis conteſtationem*, & juxta *l. properandum.* 13 *§. ſin autem. 6. Cod. de Jud.* proceditur.

- *Dilatio*, cujus
  - *Definitio*, *Dilatio* eſt rei agendæ ſeu actus alicujus experiundi ad alium diem vel terminum aſſignatum rejectio, *Ampliſſ. Dn. Strauch. Diſſert. 24. aph. 10.*
  - *Diviſio* in
    - 1. *Legalem*, quæ autoritate Legis conſtituitur, *auth. hodiè. C. de appellat. l. 1. 2. & t. t. C. de tempor. appellat.*
    - 2. *Conventionalem*, *l. in conventionalibus.* 52. *ff. de V. O. l. cedere diem.* 213. *ff. de V. S.*
    - 3. *Judicialem*, quam Iudex ad petitionem partis causâ cognitâ, pro tribunali concedit, *l. 3. & 4. Cod de dilat.* Eſtq; rurſus vel
      - 1. *Citatoria*, quâ terminus citato ad comparendum præfigitur.
      - 2. *Deliberatoria*, quæ poſt porrectum libellum datur Reo ad deliberandum.
      - 3. *Probatoria*, ubi ſpacium aliquod temporis conceditur, intra quod probari debet cujusquam intentio, causâ cognitâ & parte citatâ, *l. 1. C. de dilat. l. 4. C. de fer.* Omnis autem dilatio probatoria ſuâ naturâ peremtoria eſt, & *in cauſis civilibus* plus ſemel dari nequit, *l. 3. l. ult. ff. de fer.* niſi juſtum ſubſit impedimentum, *l. 7. ff. eod. in criminalibus* verò dantur *Reo* tres, *Accuſatori* duæ, causâ cognitâ, *d. l. ult. ff. de fer. vid. JCtis. Dn. Strauch. d. Diſſ. 24. th. 10.*
  - *Tempus de Jure*
    - *Communi eſt viginti dierum*, intra quas ſe *Reus* in cauſa informari poſſit, *l. 1. ff. de edendo. l. 1. Cod. eod. Nov. 112.*
    - *Canonico eſt arbitrarium*, quod & in Camera Imperiali obſervatur, *Gail. 1. Obſerv. 53. num. 20. & Obſerv 91. num. 13.*
    - *Saxonico eſt Sex ſeptimanarum & trium dierum*, à tempore inſinuatæ citationis computandarum, *Schultz. in Syn. Judic. th. 31. Term. de Proc. cap. 20. n. 9.*

---

1. *An Actor ſuis expenſis libelli copiam Reo transmittere teneatur?*

RESp. Actorem non teneri offerre libellum Reo ſuis expenſis, ſed ſatisfacere officio ſuo, ſi faciat copiam Reo ad deſcribendum, *Modeſt. Piſtor. in Proceſſ. Judic. p. 1. c. 47. n. 13.* Niſi conſuetudo ſit in contrarium, *VVurmſ. tit. 9. Obſ. 10.*

2. *An genus vel nomen actionis in libello ſit exprimendum?*

RESp. Quamvis ſine actione nemo experiatur, *l. ſi pupilli. 6. §. videamus. ult. ff. de negot. geſt.* attamen neceſſe non eſt, ut nomen actionis in libello exprimatur, ſed ſufficit factum taliter narrari, & ita concludi, ut quid & ex qua cauſa petatur, Reo liquere poſſit, ut ſi dicam: Peto 100. ex mutuo, ſatis intelligor, inſtituiſſe condictionem certi: Si petam 10. mihi legata, ſatis intelligor, inſtituiſſe actionem ex teſtamento: Si dicam, hanc domum eſſe meam, ſatis intelligor, inſtituiſſe rei vindicationem: Quia ex cauſa ipſum nomen actioninibus imponi ſolet, ut depoſiti, emti, petitionis hæreditatis, rei vindicationis, *Magnif. Dn. Carpz. de Proc. Judic. tit. 6. art. 1. num. 6. & 7. Giphan. in Ordine Judic. part. 1. cap. 14. pag. 117. Frider. de Proc. Judic. p. m. 70.*

4. *Libellus quando dicatur ineptus?*

REgulariter libellus ineptus dicitur, quando ex eo conſtat, Actori actionē non competere, ſive nata

nata fuerit & extincta, ſive nunquam nata fuerit, ſed naſci ſperetur, ut quando obligatio eſt conditionalis, *Gail. 1. Obſerv. 66. n. 14. Rosbach. de Proc. Judic. tit. 33. num. 44. VVurmſ. tit. 22. Obſerv. 11. num. 2. Caſtr. in l. non poteſt. ff. de Judic.* Ideòque ſi quis agat contra aliquem ex perſona defuncti, hoc modo, tu es inſtitutus hæres ab illo, & ſpero quod adibis ejus hæreditatem, peto ergò te condemnari ad ſolvendum in caſu, quo hæreditatem adeas, & talis libellus non debet admitti, *Caſtr. in d. l. Modeſt. Piſtor. de Proc. Judic. part. 1. cap. 49. num. 1.*

4. *Exceptio inepti libelli quando poſſit opponi?*

RESp. Exceptionem inepti libelli, ante & poſt litis conteſtationem in quacunque parte litis, & etiam poſt ſententiam definitivam latam poſſe opponi; quia ſententia lata ſuper inepto libello eſt ipſo jure nulla, *Gloſſ. pr. Inſtit. de Obligat. in verbo, ſecundum lit. A. c. examinata. 15. X. de Judic. & c. cùm dilecti. X. de emt. & vendit.* Sit itaque Reus cautus, ut non proponat exceptionem inepti libelli ante litem conteſtatam; quia itaque admoneret Actorem, ut ſuum libellum emendet ante litis conteſtationem, *VVurmſ. tit. 8. Obſ. 11. Termin. de Proc. Judic. cap. 203. num. 37.*

5. *An libellus alternativus valeat?*

QVamvis regulariter libellus alternativus non valeat: quia alternativa concluſio obſcuritatem & incertitudinem adfert, *l. 15. §. 4. & 8. ff. de verb. Obligat.* & quilibet libellus debet eſſe clarus & perſpicuus, ad hoc, ut *Reus* deliberare poſſit, utrum contendere, an cedere velit *l. 1. ibique Alexand. ff. de edendo. Dd. in l. edita. Cod. eod.* Sunt tamen plerique caſus, in quibus libellus alternativus admittitur. (1) Ratione incertitudinis libellus admittitur; præſertim ſi illa incertitudo ex facto alieno procedat, *l. 1. §. quia autem. & ibi Bart. n. 1. ff. quor. legat.* Hinc eſt, quòd talis libellus, peto rem ſi extat, vel ejus æſtimationem, ſi conſumta ſit, admittatur. Si verò certum ſit, rem adhuc extare, tunc ipſa res, & non ejus æſtimatio peti debet: quia æſtimatio tantùm in ſubſidium debetur, *l. fin. Cod. de fideicommiſſ. libert. Gail. 1. Obſ. 62. num. 4. & ſeqq. Mynſ. cent. 2. Obſerv. 42.* (2) Valet libellus alternativus in actione hypothecaria, veluti, peto illum condemnari ad traditionem rei obligatæ, vel ad ſolvendum debitum, *l. ſi fundus. §. in vendicat. ff. de pign. & hypoth. Gail. d. Obſ. num. 8.* (3) Valet *in l. 2. Cod. de reſcind. vendit.* Ubi libellus neceſſariò alternativè concludere debet, ut videlicet emtor pretium ſuppleat, vel rem emtam reſtituat, *Gail. d. Obſ. num. 9. Perez. in Cod. tit. de edend. n. 6. VVurmſ. tit. 9. Obſ. 1. Modeſt. Piſtor. part. 1. cap. 50. n. 1. & ſeqq.*

6. *De emendatione libelli, & quando ea fieri poſſit?*

E*Mendatio libelli* eſt malè concepti aut formati in melius reformatio, ſalva libelli ſubſtantia, *Mynſ. in §. ſin minus. n. 2. Inſtit. de action.* Emendatio libelli fit multis modis, (1) Declarando, ut cùm obſcura declaramus, puta ſi libellus agentis obſcurus eſt, confusè poſitus, incertus; & hæc declaratio usque ad ſententiam permiſſa eſt, ſcil. in cauſis civilibus, *Bald. in l. edita. 3. n. 9. Curt. n. 139. & Gilken. n. 114. & ſeqq. Cod. de edendo.* (2) Addendo in Judiciis univerſalibus & generalibus usque ad ſententiam. In ſingularibus verò Judiciis diſtinguendi quatuor caſus: Interdum enim emendatio fit circa rem ſeu ſummam petitam, & ante litis conteſtationem ea fieri debet, *Bart. in d. l. edita. n. 6.* vel circa ſubſtantialia libelli, & etiam ante litis conteſtationem fieri debet, poſteà verò non, *Mynſ. d. §. ſin minus. Inſtit. de action. n. 5.* vel denique circa qualitates libelli tàm principales, quàm adventitias: Circa qualitates principales ante litis conteſtationem tantùm emendari libellus poteſt, poſt verò non utique. Qualitates adventitiæ poſſunt emendari usque ad ſententiam, *Mynſ. d. §. n. 18. & 20. Modeſt. Piſtor. p. 1. cap. 51. num. 13.* (3) Detrahendo, cum qualitas vel ſumma aliqua à libello detrahitur, quod regulariter conceditur usque ad ſententiam. (4) Reſecando ſuperflua, & ea pariter usque ad ſententiam eſt licita. Dicuntur autem ſuperflua, quæ ſalvâ manente libelli ſubſtantiâ, omitti poſſunt, *Mynſ. in d. §. Cui add. VVurmſ. tit. 9. Obſ. 3. Gail. 1. Obſ. 51. n. 10. & Obſ. 74. n. 4. & ſeqq. Modeſt. Piſtor. part. 1. cap. 51. num. 9. & ſeqq. vid. Coſtal. in l. 4. ff. de noxalib. act. Schneid. ad §. Si minus. 34. n. 5. 8. 9. & ſeqq. Inſt. de act.*

7. *De mutatione libelli, & quandd ea fieri poſſit?*

M*Utatio libelli* eſt ejus ſubſtantiæ variatio, & veteri actione relictâ, novæ propoſitio, *Zaſius in d. §. ſin minus. n. 11. Inſtit. de actionib. Et hæc mutatio* usque ad litis conteſtationem, non etiam poſteà conceſſa eſt, *Gilken in l. edita n. 134. & ſeqq. Cod. de edend. & ibi Dd. communiter. Rosbach. de Proc. Judic. tit. 34. n. 27. & ſeqq.* De Iure verò Saxonico ſemper ante præſtitam gvarandam, etiamſi lis conteſtata ſit, libellus mutari poteſt, **Landrecht.** *lib. 3. art. 14.*

8. *Quomodo de Jure Saxonico in contumacia procedatur?*

REſp. *Actor* contumaciam *Rei* citati non comparentis accuſat, usque ad legitimum impedimentum (**Ehehafft**) & niſi *Reus* legitimum impedimentum probet, mulctatur damno litis & condemnatur in peditionem adverſario. Sin verò aliquod legitimum impedimentum, propter quod ad judicium venire non potuerit, judici ſignificet atque probet, pœnam contumacis evitat. Reus autem, ſi actor contumaciter emaneat, ab inſtantia Iudicii relaxatur, **Landrecht.** *lib. 2. art. 9. & lib. 3. art. 5. VVeſemb. in Parat. tit. de damn. infert. in fin.* Quomodo de Iure Camerali *vid. Rec. Imp. 1654.* §. **Würde hierauff.** 30.

9. FOrmulam accuſationis propter contumaciam Actoris & Rei, *vid. apud Frider. de Proc. Judic. p. 132. Termin. cap. 16. n. 3. & Rosb. tit. 30. n. 49. & ſeqq.*

10. FOrmulam Rei, adducentis legitimum impedimentum *apud d. Term. c. 17. n. 21. & Rosb. d. l. n. 52. & ſeqq.*

11. *Quotu-*

11. *Quotuplicis generis ſunt dilationes?*

RESp. Quadruplicis generis: prima quæ primùm: Secunda quæ ſecundùm: Tertia quæ tertiùm: & quarta quæ quartùm conceditur.

12. *An poſt quartam dilationem quinta etiam locum habeat?*

RESp. Quamvis præjudicium Cameræ eſſet in cauſa Hirten contra Pflüger / tamen per errorem id contigiſſe exiſtimat *Rulandus de Commiſſionib. lib. 2. cap. 8. num. 20. cui add. Mynſing. cent. 1. Obſ. 73.* Ubi hæredi poſt dilationem quartam, non quintam in Camera, ſed novam conceſſam eſſe, nec illo caſu juramentum requiri teſtatur. Verùm hodiè in Camera quarta dilatio *per noviſſ. Receſſ. 1654. §.* Den *punctum probationum.* 44. ſublata, & ſolennitates in ea obſervari ſolitæ ad tertiam ſunt reductæ.

## TAB. VI. De Exceptionibus.

- *Definitur.* *Exceptio* eſt jus excludendi id, quod in intentionem & condemnationem deductum eſt, *l. 2. ff. de except. ICtiſſim. Dn. Strauch. Diſſert. 23. aph. 7. Cui add. Perez. in Cod. d. t. num. 1.*
- *Cauſa efficiente* in
  - *Civilem*, quæ ex Jure Civili
  - *Prætoriam*, quæ ex Prætoris Juriſdictione
  - Subſtantiam capit, *§. 7. Inſtit. de except.*
- *Fine in*
  - *Perſonalem*, quæ perſonæ cohæret, nec ad hæredes aut fidejuſſores tranſit, *l. except. 7. ff. de except.*
  - *Realem*, quæ rei cohæret inde in hæredes & fidejuſſores tranſitoria, *Rosbach. tit. 38. n. 4. & 5.*
- a) *Porrò Judicium quoque præcedit exceptio, quæ Dividitur à*
  - b) *Dilatoriam, quæ & temporalis vocatur, & ad tempus nocet & actionem differt, & concernit vel*
    - c) *Proceſſum ipſum & declinatoria judicii dicitur, & reſpicit vel*
      - *Judicem*, inde exceptio
        1. *Incompetentiæ fori*, quando quis ad Iudicem non ſuum, ſeu qui jus dicendi non habet, vocatus eſt, *l. penult. Cod. de Judic. Zang. de except. part. 2. cap. 1. num. 1.*
        2. *Præventionis*, quando quis vocatur ad Iudicem ſuper illa cauſa, quæ jam coram alio pendet, *Excellentiſſ. Dn. Strauch. d. l. Zang. de except. part. 2. cap. 2. num. 2.*
        3. *Recuſationis*, quâ Iudicem nobis ſuſpectum, vel quia Iudex eſſe nequit, recuſamus, *l. 16 Cod. de Judic.* & in primordio litis, ante omnes alias exceptiones opponi debet, *Mynſ. cent. 4. Obſ. 59. Zang. de except. part. 2. cap. 3.*
        4. *Loci non tuti* ſcil. propter incurſum hoſtium, vel etiam propter imminentem peſtem, *Clem. Paſtoralis, verſ. eſto igitur, de ſent. & re judic. Zang. part. 2. cap. 4. num. 1. & 2.*
        5. *Termini nimis anguſti. 6. Feriarum & ſimiles*, de quibus vide *Zang. part. 2. cap. 5. 6. & ſeqq. Termin. de Proc. Judic. cap. 203.*
      - *Actorem*, ut *exceptio non impetratæ veniæ*, quæ tamen hodiè in uſu eſſe deſiit, *teſte Weſemb. in Parat. ff. de in jus voc. n. 12.* quia hoc ipſo, quod Judex quem ad inſtantiam alicujus citet, venia intelligitur impetrata.
      - *Reum*, ut *exceptio revocandi domum*, *l. 2. & 3. ff. de Iudic.* quod habent Legati & aliæ perſonæ, quarum mentio fit *in d. l. 2. & 3.* poſſunt enim hi, ſi conveniantur, revocare domum, h. e. petere, ut cauſa remittatur ad Iudicem loci, in quo domicilium habent, ne interim à publicis negotiis diſtrahantur, *c. fin. X. de for. comp.*
      - *Actorem & Reum* ſimul, ut *exceptio juſti impedimenti*; quod eſt, ſi quis impediatur morbo ſontico, non tantum proprio, ſed etiam conſanguineorum, *l. contumacia. 53. §. pœnam. 2. l. quæſitum. 60. & ibi Alexand. n. 7. ff. de re jud.* Landrecht. *lib. 2. art. 7.* tempeſtate vel vi fluminis, *l. 3. §. ſi quis judicio. 3. ff. ſi quis caut.* Landrecht. *d. l.* expeditione publicâ, vel etiam peregrinatione extra fines territorii ſuſceptâ, Landrecht. *ibid.* carentiâ Advocati, vel ſi alia juſta cauſa ſubſit, propter quam quis in judicio comparere nequit, *Zang. part. 2. cap. 7. n. 31. & 32. Menoch. de arbitr. Judic. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſu 153.*
      - *Procuratorem*, unde *exceptio procuratoria*, quæ objicitur agere alterius nomine volenti & mandatum proferenti, ſi mandatum habeat ab eo, cui Procuratorem dare non eſt permiſſum, quales ſunt excommunicatus, bannitus, pupillus, minor, furioſus, mente captus, prodigus, mulier & ſimiles perſonæ, edicto Prætoris de Procuratoribus prohibitæ dare Procuratorem, *c. fin. X. de Proc. l. neq. 11. l. alienam. 18. Cod. eod. l. mutus. 43. §. 1. ff. eod. ubi Weſemb. num. 4.* Landrecht. *lib. 1. art. 44. & 46. Zang. part. 2. cap. 7. num. 26.*
    - *Actionem ipſam, & dilatoria ſolutionis dicitur; ut exceptio*
      - *Plus petitionis*, quando Actor plus petit, quàm ipſi debetur, *§. 10. Inſtit. de except.* quod quatuor modis fieri poteſt; re, tempore, loco & cauſa, *§. 33. Inſt. de act. Perez. in Cod. t. de plus petition. num. 1.*
      - *Pacti conventi temporalis*, ſi creditor pactus ſit, ſe ante quinquennium non petiturum.
      - *Moratoria*, cum reſcripto Imperatoris debitoribus, qui citra culpam facultatibus lapſi ſunt, indulgetur, ne intra certum tempus à creditoribus moleſtentur, *l. 2. Cod. de prec. Imp. offer.* vulgò die Quinquenellen / Anſtands oder Eiſener Brieffe / vide die Policey Ordn. *1548. ſub tit.* Von den verdorbenen Kauffleuten.



*Spolii,*

a b

- *Effectu in*
  - c *Spolii*, quæ datur ſpoliato adverſus ſpoliantem, non enim tenetur hic quidquam reſpondere de dominio vel poſſeſſione rei ſpoliatæ, priusquam in poſſeſſionem reſtitutus ſit, *c. cum dilectus. 2. X. de ord. cogn.*
  - *Sub- & Obreptionis*, quæ tum competit, quando propter omiſſam veritatem ad falſa & vitioſa narrata mandatum impetratur. *Zanger. de Except. pag. 2. cap. 15.*
  - *Præjudicii, excusſionis, libelli obſcuri, generalis & inepti, competentiæ, ineptæ cumulationis & ſimiles*, de quibus *vid. Zang. part. 2. cap. 13. 14. 16. & 18. Cui add. ICtiſſ. Dn. Strauch. d. Diſſert. aph. 8.*
- *Peremtoriam*, quæ *perpetua* dicitur, & actionem in totum tollit, & naſcitur vel
  - *1. Cum ipſo negotio, ut exceptio*
    - 1. *Doli* vel
      - *Generalis*, quæ competit, quando contra naturalem æquitatem aliquid petitur.
      - *Specialis*, quæ ex iisdem cauſis competit, ex quibus actio de dolo oritur, quando videlicet ab initio aliquid dolo malo geſtum eſt, *l. 4. §. 33. ff. de dol. mal. except.*
    - 2. *Metus, l. 7. Cod. quod met. cauſ.*
    - 3. *Erroris. l. 57. ff. de O. & Act.*
    - 4. *Non numeratæ pecuniæ*, quæ duplex
      - *Una* creditori fatenti datur, ſibi ſolutum eſſe, intra 30. dies opponenda; poſteà enim non auditur, etiamſi onus probandi, pecuniam ſibi ſolutam non eſſe, in ſe recipere velit, *l. 14. §. 2. Cod. de non numer. pec. Zang. p. 3. c. 12.*
      - *Altera* debitori competens, qui Chirographo faſſus eſt, ſibi pecuniam eſſe numeratam, quam tamen reverà non accepit, intra biennium opponenda, *d. l. 14. vid. Carpzov. in Proc. tit. 22. art. 3. n. 66.*
    - 5. *SCti Macedoniani, t. t. ff. de SCt. Maced. Zang. de except. p. 2. c. 10.*
    - 6. *SCti Vellejani, t. t. ad SCt. Vellej.*
    - 7. *Minorennitatis, l. 7. in fin. ff. de except.*
  - *2. Poſt illud negotium, ut exceptio*
    - 1. *Rei venditæ*, quæ venditori, ejusque hæredi rem venditam ac traditam repetenti, obſtat pretio non ſolutio, *l. 1. & ult. ff. de except. rei vend. Excell. Dn. Strauch. d. l.*
    - 2. *Pretii non ſoluti*, quæ emtori rem venditam pretio non ſoluto petenti, opponitur, *l. 13. §. 8. de A. E.*
    - 3. *Rei litigioſæ*, quâ emens rem litigioſam à perſecutione ejus repellitur, *l. 1. ff. de litig. l. 1. §. fin. ff. quæ res pign.*
    - 4. *Pacti conventi de non petendo*, cui locus eſt, cum creditor pactus, ne à debitore ſuo peteret, *l. 7. §. 8. ff. de pact. §. 3. & 9. Inſtit. de except.*
    - 5. *Jurisjurandi.* 6. *Reijudicatæ.* 7. *Transactionis.* 8. *Præſcriptionis. vid. Dn. Strauch. d. Diſſ. aph. 14. Zang. de except. p. 3. c. 8.*

---

1. *An exceptiones dilatoriæ in primo ſtatim termino ſint opponendæ?*

QVamvis de Jure Civili *Reus* non adſtringatur omnes ſimul exceptiones dilatorias uno eodemque tempore opponere, ſed illis quandoque usque ad litis conteſtationem uti poſſit, *l. exceptionem. 19. Cod. de probat. l. ita demum. 13. l. licet in principio. Cod. de Procurat. VVeſemb. in Parat. ff. de exc. num. 10.* Secus tamen de Jure Saxonico, ſecundum quod Reus omnes exceptiones dilatorias in primo termino opponere debet, *Ord. Proceſſ. Judic. Elect. Sax. tit. 11. in pr. ibi*: Alle *exceptiones dilatoriæ* ſollen vermöge unſers geliebten Groß-Herrn Vaters ſeeligen Conſtitution im erſten Termin auff einmahl für und einbracht/ und alsbald darauf conditionaliter/ und *in eventum lis conteſtiret* werden/ etc. & *Conſt. Elect. 3. part. 1. ibique Dan. Moller. num. 1.* idque approbatum *in nuperr. Receſſ. Imp. 1654. §.* Es ſolle auch. *31. ibi*: So ſoll der Citirte und Beklagte *in primo hoc Termino* erſcheinen/ und/ etc. in dieſem Termin auf die Klagen kurtz/ *nervosè*, und deutlich/ etc. anzeigen/ wie auch/ was er dabey *dilatoriè* oder *peremtoriè* einzuwenden haben möchte/ alles auf einmahl/ bey Straff der *præcluſion*, einbringen/ etc. *vid. Mynſ. cent. 5. Obſ. 89.*

2. *An omnes exceptiones dilatoriæ ante litis conteſtationem ſint opponendæ?*

REſp. Omnes ante litem conteſtatam opponendas eſſe, *l. ult. Cod. de except. & præſcript.* quia non reſpiciunt cauſæ merita, ſed ea, quæ potiſſime Judicium conſtituunt, perſonas videl. locum, tempus; ſicut conſtituto jam Judicio præpoſtere opponerentur, cùm prius iis renunciâſſe videatur tacendo, *Cujac. 18. Obſerv. 34.* Niſi fortè poſt judicium cœptum, vel tempus præfixum ex nova cauſa emerſerint, vel ad ſuam notitiam perveniſſe Reus juret, vel de eis antea proteſtatus fuerit, *Can. Paſtoralis. 4. X. de except. Magnif. Dn. Carpzov. tit. 9. art. 1. num. 38. Cui add. Perez. ad Cod. n. 4. de except. Berlich. p. 1. concl. 18. num. 14. & Rosbach. tit. 40. num. 8.*

3. *An in primo ſtatim termino exceptionibus dilatoriis eventualis litis conteſtatio ſit annectenda?*

Reſp.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0022-6

REſp. In Camera Imperiali ſtatim in primo termino Reum exceptionibus dilatoriis eventualem litis conteſtationem, ſub præjudicio confeſſatorum adjungere debere, *d. Rec. 1654. §.* Es ſolle auch. *31. & §.* Und hat der Beklagte. *34. ibi*, Und hat der Beklagte in dem erſten Termin / etc. auch mit ſeiner *eventual* hauptſächlichen Handlung zu verfahren / etc. Idemque in foro Saxonico obſervari teſtatur, *Ord. Proc. Judic. Elect. Saxon tit. 11. pr. ibi.* Im erſten Termin auf einmahl für und einbracht / und alsbald darauf conditionaliter / und *in eventum lis conteſtiret*, ſolche *litis conteſtation* aber nicht / wie etwan zu geſchehen pflegt / biß in den letzten Satz geſparet / ſondern alsbald in dem erſten / oder aufs längſte im andern Geſätz / etc. mit angehangen werden. *& Conſtit. Elect. 3. part. 1. verb.:* Alle (*ſcil. exceptiones dilatorias*) auff einmahl im berührten erſten Termin für und einbringen / und alsbald daran die *litis conteſtation* mit einer *condition*, und in *eventum* anhängen. Fallit hoc tamen in exceptionibus notoriis & indubitatis, veluti eſt exceptio fori declinatoria, quam ſi Reus objecerit, conteſtationem litis eventualem annectere opus non habet, ſed ſuper exceptione prius erit pronunciandum, *Ord. Proceſſ. Judic. d. tit. 11. §.* Es hätte dann einer ſo anſehnliche *declinatorien* fürzuwenden / daß ſie / ob er vor den Gerichten / dahin er citiret / zu ſtehen ſchuldig / einen billigen Zweiffel verurſachen könte / auf welchen Fall er die *litis conteſtation*, biß über den *declinatorien* erkant / einſtellen mag / etc. *& Rec. 1654. d. §.* Und hat. *34. ibi:* So ihme iedoch / wann die *exceptiones* erheblich gefunden werden ſollen / gantz unnachtheilig ſeyn / zumahlen über die *declinatorien*, wann ſie einkommen / vorderſt geſprochen werden ſoll / etc.

4. *Quid Juris, ſi Reus eventualem hanc litis conteſtationem neglexerit?*

REſp. Hoc caſu Reum ad refuſionem expenſarum condemnari debere, *per text. in Ord. Proceſſ. Judic. Elect. Saxon. de tit. 11. verb.* Solche *litis conteſtation* aber / etc. bey Vermeidung der *expens*, darein er ſonſten zu vertheilen / mit angehänget werden. *Coler. de Proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 24.* Quia temerarius hoc in paſſu eſt *Reus*, & ideò eum ad reſtitutionem expenſarum teneri probatur, *per l. 79. in pr. ff. de Judic. l. non ignoret. 4. Cod. de fruct. & tit. expenſ.* pro ratione tamen exceptionum, Judex Reo, exceptiones probabiles & veriſimiles proferenti, refuſionem expenſarum remittere & litis conteſtationem injungere poteſt, *Magnif. Dn. Carpz. tit. 9. art. 1. num. 67.* quia pœna contumaciæ arbitraria eſt *Rauchbar. part. 1. q. 1. num. 16.*

5. *An licet eventuali litis conteſtatione annexa, nihilominus Judex prius ſuper exceptionibus dilatoriis pronunciare poſſit?*

REſp. Poſſe; idque probat Sanctio Electoralis clariſſima *in Ord. Proceſſ. Judic. d. tit. 11. §.* Es ſoll aber gleichwohl über ſolche *eventual litis conteſtation* alſobald nicht geurtheilet / ſondern dieſelbe *ſuſpendiret* bleiben / biß die vorgeſchützten *dilatoriæ exceptiones* ihre Maaſſe / und nach Gelegenheit den wircklichen *effect* erlanget / wie dann Beklagter ſich mit Klägern nach vorgeſchützten dilatoriſchen Exceptionen auf vorgehende anderweit Ladung wieder einzulaſſen nicht ſoll ſchuldig ſeyn / biß von Klägern dem *judicato*, was ihme ſolcher *exceptionen* halber zu erkant / ein Genügen geſchehen.

6. QVomodo formanda ſit formula exceptionis incompetentiæ contra judicem incompetentem, & aliarum exceptionum, *vid. Roſb. tit. 40. num. 57. & ſeqq. & Fibig. Proceſſ. Judic. pag. m. 44. & ſeqq.*

7. *De Replicatione.*

EXceptione oppoſitâ datur Actori replicatio, quæ propriè dicitur exceptionis excluſio à parte actoris veniens, *l. 2. §. 2. ff. de except. l. 3. Cod. eod.* Sicut enim exceptio excludit actionem, ita replicatio exceptionem; & ſicut exceptio Actori obſtat atque nocet; ita contrà replicatio Reo.

8. *Quid Juris, ſi Actor terminum labi paſſus fuerit, & ſic replicam ſuam perdiderit, an nihilominus cum triplica ſua ſit admittendus?*

REſp. Actorem hoc caſu cum triplica admittendum eſſe; quia contumaciæ mulcta ipſum egredi non debet delictum: ex quo ergò Actor ſaltem contumax fuit, quoad neglectum replicæ, extendi utique non debet privationis pœna ad triplicam, quæ propterea adhuc Actori eſt ſalva; idque approbat *Ordin. Proc. Judic. Elect. Saxon. tit. 29. §.* Würde aber / *verb.* Und es alſo auch gehalten worden / wenn ſich der ander Theil allein an der *Replicen* verſeumet / oder ſich ſeines Geſetzes gutwillig begebe / etc. *vid. Dn. Carpz. tit. 15. art. 3. n. 13. & 14.*

9. POrrò replicationi à Reo opponitur alia allegatio, quæ duplicatio dicitur: huic iterum triplicatio, & ita deinceps, donec Judex modum allegationibus imponat, nimirum ut utraque pars duobus vel tribus ſcriptis in cauſa concludat, daß beyde Partheyen mit zweyen oder dreyen Schrifften zum Urtheil beſchlieſſen ſollen. *Schneidevv. in Comment. ad tit. Inſtit. de Replicat. n. 3. Roſb. tit. 44. per tot.*

# TABULA VII.

**Tandem ad *Judicii præparationem* pertinent quoque**

- ***Satiſdatio*, quæ**
  - *Deſcribitur*, *Satiſdatio* eſt *cautio*, quæ aliquem datis fidejuſſoribus vel pignoribus de lite ſecurum facimus, *l. 1. ff. qui ſatisd. cog. l. 7. ff. de prætor. ſtipul. l. 4. §. 8. ff. de fideicom. lib. & ibi Godofr. lit. O. Gloſſ. pr. Inſtit. de eo, cui libert. c. bon. add. in verb. idoneè.*
  - *Dividitur in*
    1. *Satiſdationem propriè ſic dictam*, quæ fidejuſſoribus vel pignoribus præſtatur, *Roſb. tit. 45. num. 10.*
    2. *Cautionem juratoriam*, quam præſtant
       1. Viri illuſtres, dignitateque præfulgentes, *l. 17. pr. Cod. de dignitat. lib. 12. & ibi Accurſ.*
       2. Pauperes, modò
          1. Vitæ integritate ſint conſpicui, & non ſuſpecti de fuga, aliàs ſecus, *l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. Mynſing. cent. 2. Obſ. 11.*
          2. Jurent ſe nec pignora habere, nec fidejuſſores idoneos reperiri potuiſſe, *auth. generaliter. poſt l. 25. Cod. de Epiſc. & Cleric. Gall. 2. Obſ. 47. num. 8. Magnif. Dn. Carpz. tit. 9. art. 5. n. 28.*
    3. *Nudam promiſſionem*, quam præſtant poſſeſſores rerum immobilium, *l. 15. ff. qui ſatisd. cog.*
  - *Præſtatur*, vel ab
    - *Actore*, qui
      - *Jure Juſtinianeo novo* ad tria ſe obligabat
        1. Se intra duos menſes, à tempore porrecti libelli, litem conteſtaturum, *Nov. 96. cap. 1. auth. libellum. Cod. de litis conteſt. vid. Pac. Diſp. 22. §. 4. ad Inſt. h. t. p. m. 339.*
        2. In Judicio ad finem litis permanſurum, *§. Sed hodiè. 2. Inſtit. de ſatisd.*
        3. Si ſuccumbat expenſas ſoluturum, decimam nempe partem ejus, quod libello continebatur, *auth. generaliter. Cod. de Epiſc. & Cler. Nov. 112. cap. 2.*
      - *Hodiè* non aliam præſtat cautionem, quàm de reſtituendis in caſum ſuccumbentiæ expenſis, *Mynſ. ad d. §. ſed hodiè. 2. Inſtit. de ſatisd. Zang. de except. part. 2. cap. 19. n. 2. & 3.*
      - *Jure Saxonico* de refundendis expenſis & reconventione ſatisdare ſolet, ſecundùm Interpp. Juris Saxonici communiter *per text.* **Landrecht.** *lib. 1. art. 5. &* **Landrecht.** *lib. 2. art. 9. junct. ibi Gloſſ.* Niſi in loco Judicii, in quo actionem inſtituit bona immobilia (quorum valor, ut à ſatisdatione relevetur, arbitrio Judicis plerunque ad florenos 30. 40. 50. aut ampliorem ſummam, pro cauſæ & rei petitæ qualitate, hodiè committitur; quò facit *Ord. Proc. Judic. tit. 13. §.* **Wie hoch aber.** *2.*) poſſideat. *vid. Schultz. in Syn. Jud. th. 38.*
    - *Reo*, qui hodiè ſatisdat & cavet, ſe ſcil. ad finem litis in judicio permanſurum & ſententiæ ferendæ affuturum, *§. 2 & 4. Inſtit. de ſatisd.* Niſi per Procuratorem ſe defendat; Ubi *diſtinguendum*: *Aut Reus in Judicio præſens eſt*; & tum Procuratoris ſui perſonam legitimare per cautionem judicatum ſolvi, ſub ſufficienti bonorum ſuorum hypotheca tenetur: *Aut Reus abeſt*; & Procurator datis fidejuſſoribus locupletibus ſatisdationem judicatum ſolvi præſtat, *VVeſemb. in Parat. Cod. de ſatisd. num. 6.* Hâc tamen cautione opus non eſt, ſi *Reus* ante Procuratoris ſui perſonam per mandatum Procuratorium firmaverit, *Spec. §. expedito. 4. t. de ſatisdat.*
- ***Guaranda.***
  - Vox *guarandæ* familiaris eſt ac nota curiæ Parlamenti Pariſienſis; *vid. Steph. Auff. de ſtylo cur Parl. Pariſ.* Sic Jus Saxonicum præter *ſatisdationem* etiam exigit *guarandam* **die Gewehr der angeſtellten Klage. Landrecht.** *lib. 1. art. 63. verſ.* **So bittet jener dann die Gewehr.** *Actor* autem *Reo* guarandam, ante tamen litis conteſtationem in primo ſtatim termino præciſè, & quidem actu corporali, ſtipulatâ manu, vel tacturâ baculi, **an Gerichtsſtab/** præſtare tenetur, *vid. Ordin. Proc. judic. Elect. Saxon. tit.* **Von der Gewehr.** *12.* aliàs *Reus* ad reſpondendum, non cogitur, ſed cum refuſione expenſarum ab inſtantia abſolvitur, *d. Ord. tit.* **Von den Executionen.** *11. §.* **Da ſie auch/** *& ſeq. Schultz. in Syn. Judic. th. 40. Cui add. Modeſt. Piſtor. de Proceſſ. Judic. part. 1. cap. 28. per tot. & Zang. de except. part. 2. cap. 19. n. 21. & ſeq.*
- ***Litis denunciatio*, quæ**
  - *Deſcribitur*, quòd ſit litis motæ ſignificatio, facienda ei, qui ad evictionem tenetur judicii ſimul ſuſcipiendi, & cauſæ defendendæ gratiâ, *Umm. Diſp. 11. th. 5.* & vocari ſolet *Autoris laudatio & nominatio. Autor* dicitur is, à quo quis cauſam habet, *l. Pomponius. 13. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. autore. 7. Cod. de evict.* Et *Autoris laudatio* nihil aliud eſt, quàm dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, & Autorem, unde quis cauſam habet, nominare, *d. l. 13. d. l. 7. l. an vitium. 5. ff. de diverſ. temp. præſcript.*
  - *Facienda eſt judiciali autoritate* cum monitione, ut liti motæ aſſiſtat & cauſam defendat, *Umm. d. l. n. 30.* & transmiſſo libello; & copiâ eorum, quæ hactenus acta ſunt, ut denunciatus ſtatim ſe informare & liti aſſiſtere queat, *Umm. d. l. n. 31. & Magnif. Dn. Carpz. de Proc. Judic. tit. 4. art. 3. num. 22.*
  - *Locum habet*, quando emtori de re venditâ lis eſt mota, *l. 8. l. 9 l. 17. & l. 21. Cod. de evict. l. 53. §. 1. ff. de eod.* Et ita debet fieri laudatio; ut emtor non ſolùm denunciet venditori litem ſibi motam eſſe de re vendita, ſed etiam velit, ut veniat, ſibique aſſiſtat, & cauſam inſtruat, *d. l. 21. & l. cum ſucceſſores. 23. C. d. d. t. & l. 1. Cod. de peric. & commod. rei vend.* Quolibet autem tempore venditori denunciari poteſt, ut de eâ re agendâ adſit: quia non præfinitur certum tempus, dùm tamen ne propè ipſam condemnationem id fiat, *l. ſi rem. 29 §. ult. ff. de evict.*

a b

*Effectum*

a b *Effectum hunc habet*, quod venditor denunciatione factâ, teneatur emtorem defendere in foro Rei conventi & emtoris Judicem ſequi, *l. 1. C. ubi in rem act. & l. venditor. 49. in pr. ff. de Iudic. vid. Rosbach. tit. 48. num. 23.*

**Reconventio, cujus**

- *Definitio*, *Reconventio* eſt mutua *Rei* conventi coram ſuo Judice adverſus *Actorem*, pendente Judicio inſtituta actio, *ICtisſim. Dn. Strauch. Diſſert. 24. aph. 21. Rosbach. tit. 46. num. 1.* vocatu *in Ord. Cam. part. 3. tit. 30.* Die Gegenklag oder Gegenrecht. *item*, Nach- und Wieder-Klage; *Actor* der Nach- oder Widerkläger; *Reus* der Nachbeklagter.
- *Requiſita* concernunt vel
  - *Perſonas litigantes*, ex quibus *Reus* duntaxat reconvenire poteſt, *l. cum Papinianus. 14. & acta & conſequenter. Cod. de ſententia. & inteſtor. omn. Judic. c. cum dilectus. 2. verſ. nos autem diſtinguendum X. de Ordin. cogn.* Non igitur *Actor* poteſt *Reum*, à quo fuit reconventus, iterum reconvenire, ne detur progreſſus in infinitum, *c. cum in multis. 2. de reſcript. in 6.* neve modus litium multiplicatus ſummam & inexplicabilem faciat difficultatem, *l. 6. ff. de except. rei jud.*
  - *Cauſas*, in quibus reconventio locum habet; & regulariter tàm *jure Civili*, quàm *Canonico*, nec non *Camerali* in omnibus cauſis & negotiis locum habet, præterquam in cauſis, quæ expreſsè in jure exceptæ reperiuntur, *de quibus vid. Rosbach. tit. 46. num. 9. 10. & ſeqq. & Schvvan. 1. Proc. Cam. 67.*
  - *Iudicem*, coram quo reconventio inſtitui debet. Requiritur autem idem Judex, qui fuit conventionis, ſive ſit Ordinarius ſive Delegatus, *Excell. Dn. Strauch. d. Diſſ. 24. aph. 21.* non verò, ſi ſit arbiter, quia terminos compromiſſi non poteſt egredi, *c. cum dilectus. 6. X. de arbitr. Magnif. Dn. Carpz. jurispr. 1. 7. 5.*
  - *Tempus*, quo debet inſtitui reconventio. Poteſt autem ea inſtitui tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem, modò non fuerit renunciatum probationibus & allegationibus, *Urſin. tract. de reconvent. cap. 13.*

**Decretum Iudicis, ſeu ſententia interlocutoria, quæ**

- *Definitur*, *Sententia interlocutoria* eſt, quæ inter principium & finem cauſæ ſuper his, quæ incidunt & emergunt in Judicio, fertur, *Gail. 1. Obſerv. 129. num. fin.*
- *Dividitur in*
  - *Simplicem*, quæ in terminis articuli illius, ſuper quo eſt lata, ſubſiſtit, nec ſuum effectum ad ſummam rei, h. e. ad cauſam principalem extendit, & ut plurimum litis præparationem vel ordinem judiciarium reſpicit, *Roding. in Pandect. Cam. lib. 1. tit. 19. & tit. 26. in fin. Com.*
  - *Mixtam*, quæ reſpectu quæſtionis, cujus controverſiam determinat, vim definitivæ obtinet, & quæ articulum cauſæ principalis definit: qualis eſt ſententia abſolutionis ab inſtantia, & obſervatione Judicii, *Mynſ. cent. 3. Obſ. 88. num. 3.*

---

1. *An Fidejuſſor, ſi creditor debitori principali, vel ipſi aliquid debet, compenſatione uti poſſit?*

Aff. *Per l. verum. 4. & l. ſi quid. 5 ff. de compenſat. vid.* Cardinal. Lugo. *de Juſt. & Jur. Diſp. 16. Sect. 6. n. 119 Godofr. in d. l. 4. lit. O.*

2. *Fidejuſſores quales dandi ut idonei habeantur?*

Reſp. Eos dandos eſſe, qui pro qualitate rei locupletes dicuntur, non tantùm facultatibus, ſed & conveniendi facilitate, *l. 1. & 2. ff. qui ſatisd. cog.* Requiritur itaque ut fidejuſſores bona immobilia poſſideant, nec tales ſint, qui propter privilegium ſeu præſcriptionem fori difficilimè ad judicium trahi poſſunt, *Frider. de Proc. Judic. tit. 52. p. m. 162.* Niſi ſpecialiter privilegio ſuo renunciaverint, *Modeſt. Piſtor. de Proc. Iudic. part. 1. c. 25. num. 8. Magnif. Dn. Carpz. tit. 9. art. 5. n. 19. quibus add. Perez. ad tit. Cod. de ſatisd. & Rosbach. tit. 45. n. 11.*

3. *An cautio pro reconventione & expenſis differat à cautione judicatum ſolvi?*

Reſp. Differre; quia regulariter cautio judicatum ſolvi non ab Actore, ſed à Reo præſtari debet, *l. qui proprio. 46. §. qui alium. 2. ff. de Procurat. l. exigendi. 17. Cod. eod.* & propterea, ſi fortè contingat, Actorem ad dandum aliquid vel faciendum condemnari, nec fidejuſſores, qui ab Actore requiſiti pro reconventione & expenſis promiſerunt, metuere habent, ſe ad judicatum ſolvendum condemnatos iri, *Magnif. Dn. Carpz. tit. 9. art. 5. num. 8. & ſeqq.*

4. *An cautio pro reconventione & expenſis vel judicatum ſolvi Reo ſit injungenda?*

Quamvis de Jure Civili tàm Actor, quàm Reus hâc cautione gravetur, *§. ſed hodiè. 2. Inſtit. de ſatisd.* tamen hæc cautio in foro Saxonico ex parte Rei prorſus ab uſu receſſit, *Schneidevv. ad tit. Inſtit. de ſatisd. num. 8.* etiamſi is bona immobilia nulla poſſideat, *Moller. ad Conſtit. Elect. 6 p. 1.* quia Reus eo ipſo, quod ab Actore convenitur, ſatis eſt gravatus, *Chil. König. in Proc. Iudic. c. 42. n. 18 Frider. de Proceſſ. Iudic. tit. 52. in add. lit. B. p. m. 158. Magnif. Dn. Carpz. tit. 9. art. 5. num. 12. & ſeq.* & ne afflicto ulterior detur afflictio, *l. Divus Marcus. 14 ff de off. præſ. l. Rectores. antepen. Cod. de pœn.* Verùm hoc limitatur in Reo fugitivo, aut de fuga ſuſpecto, *Magnif. Dn. Carpz. lib. 2 Reſp. Elect. tit. 7. reſp. 79.* ab eo enim cautionem de judicio ſiſti petere iniqvum non erit, ne ſcil. eludatur judicium, *l. properandum. 13. §. ſin autem 3. Cod. de judic.*

5 *Quando Actor ſatisdationem pro reconventione & expenſis præſtare debeat?*

RESp. Actorem ſatisdationem hanc, niſi à Reo petita fuerit, præſtare non debere. Reus enim in limine Judicii, ac primo ſtatim in termino litis petere eam debet, usque adeò, ut, ſi eam exigere neglexerit, perdita cenſeatur, *Schultz. Obſ. 11.*

6. *An promittens ſatisdare, ſi non ſatisdat, teneatur ad intereſſe?*

RESp. Eum teneri ad intereſſe, quod eſt, in quantum principalis non eſt ſolvendo, *l. ſi ſtipulatus. 76. §. fin. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio. 13 ff. de re judic.* Nam qui promiſit ſatisdare, ita demum impleviſſe ſtipulationem ſatisdationis videtur, ſi eum dederit acceſſionis loco, qui obligari poteſt & conveniri, *l. qui ſatisdare. 2. ff. de fidejuſſ. & mandat.* Sic is non videtur ſatisfeciſſe ſtipulationi, qui dedit cautionem falſam, uti fecit hoc in caſu, *quem refert Modeſt. Piſtor. part. 1. cap. 25. num. 17.* Leonhardus à M. qui creditoribus ſuis Megapolenſibus miſerat inſtrumentum confectum nomine Nobilium aliquot cum 40. ſigillis, qui ipſi verum putantes, patrem, qui ſub conditione illius ſatisdationis interceſſerat, liberaverunt, & obligationem ruptam (zerſchnitten) remiſerunt. Poſteà cùm deprehendiſſent falſum, reconvenerunt patrem Henricum à M. qui à Rege Ferdinando ex conſilio aſſeſſorum Pragæ fuit condemnatus, *Anno 1550.*

7. *Quoduplex eſt effectus guarandæ?*

EFfectus guarandæ duplex* eſt; *Unus*, quod Actor in actione ſemel inſtitutâ permanere velit, prout nunc eſt, & quod Reum ſecurum præſtare velit, eumque defendere contra quemcunque, ſi ab eo eâdem actione conveniatur, *Monach. in Pract. Judic. part. 5. cap. 5. §. 5.* **Landrecht.** *lib. 2. art. 15. & 16. & lib. 3. art. 14. ubi gl. num. 5. Conſtat. Elect. 11. part. 1. Frider. de Proc. Judic. tit. 51. in addit. lit. B. pag. m. 157. Zang. de except. part. 2 cap. 19. n. 24. Secundus*, quod libellus emendari & mutari non poſſit, **Landrecht.** *lib. 3. art. 14. Ordin. Proceſſ. Jud. Elect. Saxon. tit. 18. in pr. Berlich. part. 1. concluſ. 19. num. 15 & concluſ. 28. num. 4. Frider. d. l. Modeſt. Piſtor. part. 1. cap. 28. n 3.*

8. FOrmulam exceptionis non præſtitæ guarandæ, it. offerendi guarandam &c. *habet Fibig. in Proc. Judic. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 12. pag. m. 55. & Frider. de Proceſſ. tit. 56. p. m. 168. & ſeq.*

9. *An litis denunciatio tantùm locum habeat in emtione-venditione?*

QVamvis primitus litis denunciatio principaliter tantùm fuerit recepta in emtione venditione, *Caſpar. Caballin. de evict. §. 4. num. 1.* tamen poſteà uſus ejus ad alios quoque contractus fuit accommodatus; nimirum ad Conſtitutionem dotis, dationis in ſolutum, ceſſionem nominis, permutationem aliosque contractus, quos latè recenſent, *Hartm. Piſtor. part. 3. quæſt. 6. Caball. d. l. Berlich. part. 1. concl. 24. num. 48. & ſeqq.* Ex quibus, ſi Reus rem aliquam nactus fuerit & à tertio illa vindicetur, tutò lis Actor denunciabitur, *vid. Magnif. Dn. Carpz. tit. 4. art. 3. num. 6. & ſeqq. & art. 4. num. 19. & 20.*

10. *An etiam poſt litis conteſtationem litis denunciatio fieri poſſit?*

RESp. Fieri poſſe quocunque tempore, etiam poſt litem conteſtatam, *teſtatur Magnif. Dn. Carpzov. d. l. num. 16. & ſeqq. Cui add. Ordinat. Proc. Judic. Elect. Saxon. tit. 14. verb.* **Es werde gleich vor oder nach der** *litis conteſtation* **geſucht / zugelaſſen / zu Recht darauf erkant / der jenige / welchem die** *denunciation* **geſchehen ſoll / auf des Beklagten Anhalten / zu dem nechſt folgenden Termin vorgeladen / etc.** Reperiuntur tamen nonnulli, qui non niſi ante litem conteſtatam denunciationem litis admittunt, *quos ſequitur Emeric. à Rosbach. in Proc. Judic. tit. 48. num. 15.*

11. *An denunciatio litis Reum à Proceſſu liberet?*

RESp. Reum non liberare à Proceſſu, *per textum expr. in Ordin. Proceſſ. Jud. Elect. Saxon. tit. 14. §.* **Wann aber der / welchem der Krieg angekündiget / auf denſelben Termin nicht erſcheinet / ſoll derowegen die Sache länger nicht verſchonen werden / ſondern nichts minders Beklagter zu verfahren ſchuldig ſeyn / etc.** Etiamſi denunciatus litem in ſe ſuſceperit, *l. 1. Cod. ubi in rem actio, idque approbat d. Ord. d. t. §.* **Würde aber der / welchem** *lis denuncirt*, **erſcheinen / und den Beklagten vertretten wollen / iſt ihme daſſelbe zu thun der Geſtalt frey gelaſſen / daß er gleichwohl Beklagten hierdurch der Rechtfertigunge nicht gänzlichen entledigen / ſondern ihm alleine** *aſſiſtiren*, **oder aber an ſtatt und von wegen deſſelben /** *defenſorio vel procuratorio nomine*, **die Sache ausführen möge / der Beklagte aber nichts minders** *in lite* **bleiben / und derowegen auch das Urtheil / ſo darauf ergehet / wider ihn vollſtrecket werden / etc.** Niſi denunciatus animo novandi actionem, conſentiente Autore litem in ſe ſuſceperit: Cùm per novationem vel delegationem alterius obligationem quis in ſe derivare poſſit, *§. 3. Inſtit. quib. mod. tollit. Oblig. l. ult. Cod. de novat.*

12. *Formula litis denunciationis.*

Vid. apud *Fibig. p. m. 52.*

13. *An Clericus coram Judice ſeculari reconveniri poſſit?*

RESp. Poſſe, non obſtante fori Eccleſiaſtici privilegio, ut habet communis Dd. opinio, de qua teſtatur *Maranta in ſuo Spec. part. 4. in 6. judiciorum diſtinctione. n. 53.* Plura de hac quæſtione videantur apud Mynſ. *cent. 2. Obſ. 67. n. 7.* qui decem caſus recitat, in quibus Judex laicus ſuam jurisdictionem exercere poteſt adverſus Clericos: *Cui add. Zoiſ. ad tit. X. de mut. petit. n. 4. & ad tit. ff. de re judic. n. 35. Perez. ad tit. Cod de ſentent. & interloc. omn. Judic. n. 19. & Felin. ad C. Et ſi Cleric. 4. num. 8. & ſeqq.*

**TAB. VIII.** *Tantùm de iis, quæ ad præparationem Judiciorum ſolennium præſtare videbantur, Tranſitum modò facturi ad Actus medios, qui à litis conteſtatione, quæ baſis eſt & exordium ſubſtantiale Proceſſus, usque ad ſententiam interveniunt.*

*Actus medii principales ſunt novem, a*

1\. *Litis conteſtatio, quæ*

*Definitur.* *Litis conteſtatio* eſt rei controverſæ apud Judicem ex utraque parte facta narratio. Quia lis tunc conteſtata videtur, cùm Judex per narrationem negotii, perque petitionem in jure propoſitam, & reſponſionem ſecutam, cauſam audire cœperit, *l. un. Cod. de litis conteſtat. can. un. X. eod.*

*Requiritur in omnibus cauſis, de quibus Judicium accipitur,* ſive ſint civiles, ſive criminales, *ICtiſſimus Dn. Strauch. Diſſ. 25. aph. 2.* Excipiuntur cauſæ
- 1\. Spirituales. *Clem. diſpendioſam. 2. de Judic. can. eum qui. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. in 6.*
- 2\. Summariæ, *Clem. ſæpe. 2. de verb. ſignif. Magnif. Dn. Carpz. Reſp. lib. 3. tit. 1. reſp. 31. num. 9.*
- 3\. Executivæ, *Dn. Carpz. d. l. num. 13.*
- 4\. Nullitatis notoriæ & omnes, in quibus libellus omitti poteſt, *Excell. Dn. Strauch. d. l. Roſbach. tit. 49. n. 18.*

1\. *Dividitur communiter à Dd. in*

- 1\. *Affirmativam,* quando ad narrata & deducta in libello verbis affirmativis, claris & perſpicuis à Reo reſpondetur, plerumque cum hâc clauſula: **In Gemuht und Meinung den Krieg Rechtens mit ja zu befeſtigen.** *Eſtque duplex,* vel
  - *Simplex,* quando Reus ſimpliciter libellatam Actoris intentionem fatetur, & nullam exceptionem vel conditionem objicit, ſed ſe ad ſolutionem & præſtationem ejus, quod petitur, rectâ offert, *Roſbach. t. 49. num. 7.*
  - *Conditionata,* quando non ita ſimpliciter, ſed modo, conditione & qualitate quadam objecta lis conteſtatur; utpote ſi exceptio aliqua ſubjiciatur, quâ Actoris intentio excludatur, quia tranſactum, ſolutum, &c.
- 2\. *Negativam,* quando narrata & deducta Actoris intentio negatur. *Et rurſus ſubdividitur*
  - 1\. *in*
    - *Explicitam & ſimpliciter negativam,* quando ſimpliciter absque ulla conditione, qualitate vel limitatione negatur, per hanc plerumque clauſulam, **und iſt der Klag** ſimpliciter **nicht geſtändig / in Gemuht und Meinung den Krieg Rechtens mit Nein zu befeſtigen** / *Roſbach. d. l. n. 12.*
    - *Implicitam,* quando non ita ſimpliciter, ſed implicitè narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur, fieri negantur: hâc clauſula, **Und iſt der Klag / in Maſſen und Geſtalt dieſelbe anbracht und erhaben / nicht geſtändig / in Meinung den Krieg Rechten damit** *negativè* **zu verfangen** / *Roſbach. d. l. num. 13.*
  - 2\. *in*
    - *Generalem,* quæ eſt, quando ad omnia libelli capita una datur reſponſio, hoc modo; nego narrata, &c. *Marant. in ſuo Spec. part. 6. de litis conteſt. n. 4.*
    - *Specialem,* quando ad ſingula libelli capita reſpondetur, *c. cum cauſam. X. de juramẽt. calum. C. cum ad ſedem. X. de reſtit. ſpoliat.* hoc modo: **Und inſonderheit iſt Beklagter nicht geſtändig das und das / etc.**

2\. *Effectus* in jure varios habet; nimirum quòd

- 1\. A litis conteſtatione propriè incipiat judicium & inſtantia, *l. 30. & ibi Godofr. lit. Q. ff. de Jud. l. 31. pr. ff. de reb. credit.*
- 2\. Judex poſt litis conteſtationem non amplius poſſit recuſari; Niſi nova aliqua ſuſpicionis cauſa ſuperveniat, *l. apertiſſimi. 16. Cod. de Judic.*
- 3\. Actiones temporales reddat perpetuas, *l. fin. Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Sic actio injuriarum, quæ aliàs annalis eſt *juxta l. ſi non convitii. 5. Cod. de injur.* per eandem perpetuatur & ad hæredes tranſit, *Termin. de Proc. Judic. cap. 209. num. 3.* Excipitur doli actio, *l. fin. Cod. de dol.*
- 4\. Novationem inducat, *l. 11. l. 29. ff. de Novat. l. 3. Cod eod. Obrecht. cap. 10. num. 24.*
- 5\. Curſum præſcriptionis mixtæ interrumpat, *l. moræ. 26. C. de rei vindic. Gail. 1. Obſ. 74. n. 22.*
- 6\. Procurator, Tutor & Curator poſt litem conteſtatam Dominus litis fiat, *l. 11. in fin. l. 22. & ſeq. Cod. de Procurat. Mynſing. cent. 1. Obſerv. 43.* Plures effectus vide apud Brunnem. *de Proc. cap. 14. num. 22. & Roſbach. tit. 49. num. 27. & ſeqq.*

b

*Definitur,* quòd ſit juramentum, quo quis affirmat, ſe credere, ſe habere cauſam juſtam agendi vel ſe defendendi, nec ſe calumnioſè in lite verſaturum, *Brunnem. de Proc. Judic. c. 15. n. 1.*

*Dicitur ratione formæ juramentum credulitatis,* non veritatis; Nam litigantes jurare debent, quòd
- 1\. Credant ſe bonam fovere cauſam, juſtèque ac non calumnioſè petere, vel ſeſe defendere, *§. 1. Inſtit. de pœna tem. litigant. l. cum & judices. 2. C. de jurejur. propt. cal. dando.*
- 2\. A Judice interrogati veritatem fateri velint, *Gloſſ. in C. 1. de jurament. cal. in 6.*
- 3\. Nullam dilationem non neceſſariam petere velint, *l. 1. Cod. d. t.*
- 4\. Falsâ probatione uti nolint, *l. 1. §. 1. Cod. d. t. & auth. in iſto. C. eod.*
- 5\. Nihil penitùs patrocinii cauſa Judicibus vel aliis, quàm quibus permiſſum eſt, dederint vel promiſerint, dare vel promittere velint; ſive per ſe, ſive per aliam quamcunque intermediam perſonam, *auth. principales. C. d. t. Novell. 124. cap. 1.*

Generale

a b

2. *Juramentum calumniæ*, quod

- *Dividitur in*
  - *Generale*, quod in exordio litis de tota cauſa bonâ fide proſequenda præſtatur, *auth. hoc ſacramentum. C. d. t. Novell. 49. c. 3. Steph. ad d. Nov. n. 35. & ſeq.* ſcil. de Jure Civili, non autem Saxonico, quia hoc juramentum in foro Saxonico abolitum eſt, *Schultz. in Syn. Judic. th. 45. pag. m. 97. Dn. Carpz. part. 1. Conſtit. 12. definit. 21.*
  - *Speciale*, quod in ſingulis Judicii partibus tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem præſtatur, & regulariter hodiè de jure communi (ſecus de Jure Saxonico, ubi juramentum ſpeciale tantùm exigitur) locum non habet, *per d. Nov. 49. cap. 3. in fin.* Sed tum demum, quando præſumtio eſt contra aliquem, quod malitioſè quid proponat vel poſtulet, *Gail. 1. Obſerv. 87. num. 3.*
- *Præſtatur* in omnibus cauſis, in quibus neceſſitas probationis incumbit, *l. 1. & 2. Cod. d. jurejur. propt. cal.* tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, *c. 2. de juram. cal. in 6. Rosbach. tit. 50. n. 7.*
- *Effectus* præcipuos habet, quòd
  - 1. Ceſſare faciat præſumtionem calumniæ, *Menoch. 1. præſumt. 85. num. 11.*
  - 2. Si præſtare nolit hoc juramentum
    - 1. *Actor* per ſententiam Judicis cauſâ cadat, *l. 2. Cod. d. tit.*
    - 2. *Reus* tanquam confeſſus & convictus condemnetur.

3. *Exceptiones peremtoriæ*, de quibus egimus Tab. 6. Et ejusmodi exceptiones poſt litem conteſtatam opponuntur, adeò, ut ante quidem opponi poſſint, ſed probatio earum in tempus poſt litis conteſtationem differatur, *l. 8. & 9. C. de except. Mynſ. cent. 1. Obſ. 24 Brunnem. de Proc. c. 16. n. 1.*

4. *Poſitio*, cujus

- *Definitio*, *Poſitio* eſt brevis narratio ejus, de quo controverſia eſt, ad veritatem eliciendam facta, *Rosbach. t. 51. num. 4.*
- *Diviſio* in
  - *Poſitionem in ſpecie ſic dictam*, quæ eſt pars quædam intentionis, continens id, ſuper quo ab adverſario reſponderi quis petit.
  - *Articulum*, qui eſt pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit, *vid. Rosb. t. 51. num. 4.*
- *Effectus* eſt, ut
  - 1. Poſitiones producens, cenſeatur ea confiteri, quæ in his continentur, ita ut eam confeſſionem ut judicialem revocare nequeat, *Ampliſſ. Dn. Strauch. Diſſert. 25. aph. 7.*
  - 2. Is, contra quem poſitiones producuntur, teneatur ad eas reſpondere, aliàs pro confeſſo habetur, *Gail. 1. Obſerv. 80. num. 1.*

5. *Reſponſio*, cujus

- 1. *Deſcriptio*, *Reſponſio* eſt ad poſitiones vel articulos affirmatio vel negatio, *Vult. 2. I. R. cap. 31. num. 34.*
- 2. *Forma* in eo conſiſtit, quòd ſigillatim, purè, clarè, diſtinctè per verbum, *credo, non credo* fieri debet, *Gail. 1. Obſ. 82. n. 2. Mynſ. cent. 1. Obſ. 86.* Niſi articulus plura ſimul capita contineat, tunc enim diſtinctè, quodnam exinde credat vel neget, reſpondere tenetur, *Gail. d. Obſerv. num. 15.*

---

1. *An ad litis conteſtationem Scriptura neceſſaria ſit.*

NEg. *Per l. un. Cod. de litis conteſt.* Quia litis conteſtatio deſiderat narrationem negotii, quæ ore proponi debet.

2. *An narratio unius partis ad litis conteſtationem ſufficiat?*

NEg. Quia lis tunc conteſtata cenſetur cum Judex per narrationem negotii cauſam audire cœperit: quæ verba non illum ſenſum habent, ut ſola Actoris narratio ſufficiat, ſed utriusque partis, cum judicium ex una parte conſiſtere nequeat, *l. de uno quoq; 47. ff. de re judic. l. Judex. 5. Cod. comminat. epiſtol epigr. l. Pomponius 13. §. 1. ff. de recept. arbitr. l. diem præferre 27. §. ſi quis litigatorum. 4. ff. eod. ad d. Gilken. ad l. un. Cod. de lit. conteſt. n. 10.*

3. *Quid Juris ſi reo detrectet litis conteſtationem?*

REſp. Si reus detrectet litis conteſtationem, conceditur Actori id petenti miſſio in ipſius bona *Gloſſ. in Authent. qui ſemel Cod. quomod. & quand. in verbo, locum habet*, idque probant *Cynus Bart. Salyc. & reliqui*, poſſe etiam Judicem, ut hunc contemtum vindicet, mulctam ſtatuere, *l. 1. circa fin. ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* idem ſtatuit Sichard. *ad d. l. un. Cod. de lit. conteſt. n. 6.* ubi addit, quod etiam illud facere poſſit captis pignoribus, *quibus add. Matth. Coler. conſ. 44. n. 53. & Gilk. ad d. l. un. n. 43.*

4. *An omiſſio litis conteſtationis vitiet proceſſum?*

REſp. Omiſſionem litis conteſtationis vitiare proceſſum & ſententiam inde ſecutam reddere nullam, *l. prolatam. 4. Cod. de ſent. & interloc. omn. Judic.* Quia eſt de ordine ſubſtantiali Judicii & litis principium; ita ut ne partium quidem conſenſu, nec judicis autoritate omitti poſſit. *Gail. 1. Obſ. 74. n. 9. & Obſ. 75. n. 1. Mynſing. cent. 3. Obſ. 74. n. 1. & ſeqq. Rosb. tit. 49. n. 2. & 4.*

5. *An generalis litis conteſtatio locum habeat?*

QVamvis generalis hæc litis conteſtatio de jure communi, *Schneidw. in §. omnium. n. 92. Inſt. de Actionibus Berlich. part. 1. concl. 26. n. 1.* & Camerali, *hisce verbis concepta: in cauſa N. contra N. nego actionem inſtitutam & peto me ab ea cum refuſione damni & expenſarum abſolvi*, locum habeat, *Ord. Cam. part. 3. tit. 13. §.* und noch denn biſzhero *&c.* Tamen hodie id in Camera Imperiali mutatum, & non ſufficit illa generalis litis conteſtatio, ſed ſpecifica reſponſio exigitur, *juxta noviſſ. Imper. receſſ. de A. 1654. §.* Es ſolle auch hinführo 31. ibi. ſo ſoll der citirte und Beklagte ebenmäſſig in primo hoc termino erſcheinen / und ꝛc. in dieſem Termin auf die Klagen ꝛc. kurtz nervosè und deutlich / auch unterſchiedlich und klar ob und worinn das factum anders als von Kläger vorbracht / und wie es ſich eigentlich verhalte ſpecificè und auf jeden Puncten mit all ſeinen Umſtänden anzeigen ꝛc.

Item

Idem obtinet in Electoratu Saxoniæ, ubi generalis non ſufficit, ſed ſpecialis requiritur litis conteſtatio *Vigore Nov. Elect. Auguſt. p. 1. conſtet. 10.* ubi conſtituit, ut reprobatâ illâ generali litis conteſtatione, Reus conventus ad omnia & ſingula capita in narratione & concluſione libelli contenta, expreſſe & in ſpecie reſpondeat & litem conteſtetur, ſi vero contrafecerit, tanquam contumax puniatur, *add. Ord. Elect. Joh. Georg. tit.* von der *litis Conteſtation. 16. in pr. & verſ.* So ſollen ſich hinführo die Advocaten dergleichen weitſchweifſichter und dunckeler litis conteſtation gäntzlichen enthalten / und bey einem ieden Articul deutlichen und unterſchiedlichen / iedoch auffs kürtzte / als ſichs leiden will / anzeigen / was ſich bey dem facto an ihme ſelbſt / ohne Anhang / desgleichen an denen darneben angezogenen Qualitäten und Umſtänden / geſtehen oder verneinen / und alſo den Sachen richtig unter Augen gehen. Würde aber einer ſolchem zu wider in der litis conteſtation, unvernehmliche uñ weitläufftige Wort gebrauchen / ſoll er ſo oft ſolches vom ihm geſchicht / nach Gelegenheit in Straffe genommen / ſein Client aber vermöge gedachter Conſtitution, in expenſas retardati proceſſus, auch da er hirunter vorſetzlich tergiverſirte, und nach dem ihme / litem anderer Geſtalt zu conteſtiren per ſententiam ufferlegt were / dennoch ſolchem Urthel durch richtige Antwort nicht folge thäte / über die expenſen gleichsfalls in eine willkürliche Straffe verurtheilt werden ꝛc. *Vid. Brunnem. de proc. c. 14. num. 10. & 11. Frider. de Proceſſ. p m. 173.* Schultz *in Syn. Judic. th. 41.*

6. *An talis litis conteſtatio, quando Reus per verbum Neſcio vel Ignoro reſpondet, pro juſta & negativa ſit habenda?*

RESp. Ejusmodi litis conteſtationem per voculam *Neſcio* factam negativæ litis conteſtationi æquipollere *teſtatur Magnif. Dn. Carpz. in Proc. Jud. tit. 10. art. 3. n. 42.* Ita ut Iudex factâ ejusmodi litis conteſtatione tuto ſuper probatione & reprobatione judicare & ſententiam ferre poſſit.

7. *An litis conteſtatio, hiſce verbis,* **Beklagter ſtelle ſolches dahin** / *facta, iuſta & legitima ſit?*

NEg. *Dn. Carpz. alleg. loc. n. 48. & ſeqq.* Quia verba hæc Er ſtelle es dahin ut vocula *Neſcio* ad reſponſionem affirmativam & negativam, qualis omninò requiritur in litis conteſtatione, trahi nequeunt. Quocunque enim quis ſe verterit, ſemper in bivio conſtitutus, quidnam Reus per hoc ſignificatum voluerit, tantum abeſt, ut non litis ejusmodi conteſtatio ſit obſcura & dubia, nec ſic qualificata, ut vel in affirmativam vel negativam trahi poſſit reſponſionem.

8. *An impediatur litis conteſtatio, ſi Reus reſpondendo neget, ſe id facere animo litem conteſtandi?*

RESp. litis conteſtationem hoc modo impediri, *Gloſſ. in l. un. Cod. de litis conteſtat. verbo cum Judex, & Bartol. ad d. l. n. 15. Mynſing. cent. 3. Obſ. 74. n. 7. Gail. 1. Obſ. 73. n. 5.* Ratio eſt, quia ad litis conteſtationem requiritur animus; qui declaratur ex proteſtatione, unde ſi Reus ab initio proteſtetur, ſicut communiter fieri conſuevit, quod comparendo nolit in jurisdictionem Iudicis conſentire, niſi quatenus & in quantum de Iure teneatur; Tunc ejusmodi proteſtatio juvat proteſtantem, impeditq; litis conteſtationem, *Dec. ad d. l. un. n. 2. & ſeq. & Conſil. 460. n. 11. Gilken. ad d. l. un. n. 37. & ſeqq.*

9. *An iuramentum Calumniæ per procuratorem præſtari poſſit?*

RESp. Hoc juramentum de jure communi *per text. in c. cum cauſam. 6. & ſeq. x. de jur propt. calum. c ult. eod. in 6.* & Camerali *per noviſſ. Imp. Rec. de Anno 1654.* §. über dieſes verordnen Wir. *37.* non ſolum ab illis principalibus, Actore ſcil. & Reo, ſed etiam à Procuratoribus eorum, ſpeciale ad hoc mandatum habentibus, præſtari poſſe *l. qui bona 13. §. ſi alieno 13. ff. de damno infecto. Gail. 1. Obſ. 83. n. 1. & Obſ. 88. & 89. Rosb. tit. 50. n. 5.* Secus de jure Saxonico, ubi juramentum calumniæ & reliqua juramenta omnia, per Procuratorem præſtari non poſſunt, ſed præcisè perſonæ principales, in propria perſona juramentum præſtare tenentur, Landr. *lib. 1. art. 46. junct. Gloſſ. ad text. German. d. art. 46. lit. d. Vid.* Schultz *in Syn. Judic. th. 46.*

## TAB. IX.

a. *6. Probatio, cujus*

- *Definitio, Probatio* eſt actus Judicialis, per quem de facto aliquo, de quo in Judicio controverſia eſt, fides Judici fit, *Perez. ad tit. Cod. de Probat. num. 1.*
- b. *Diviſio*
  - c. 1. In
    - *Plenam*, quæ plenam fidem facit judicanti, ita ut de re in quæſtionem deducta, ſecundum eam ferre ſententiam poſſit, *Perez. d. l. num. 4.*
    - *Semiplenam*, quæ Judici plenam fidem non facit ſed præſumtionem duntaxat quandam pro probante inducit, quæ tanta non eſt, ut ex ea Judex ſententiam ferre poſſit, veluti ſi per ſcripturam privatam, vel unum teſtem, omni exceptione majorem, intentionem ſuam Actor probet, *Perez. d. l. Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 25. aph. 8. Rosb. tit. 53. n. 6 Mynſ. cent. 1. Obſ. 68.*
  - d. 1. *Artificialem*, quæ per ſolertiam Advocati ex ipſa cauſa trahitur, & fit per *præſumtionem*, quæ
    - *Definitur, Præſumtio* eſt conjectura veriſimilis, per argumenta & rationes ex variis rerum circumſtantiis collecta, *can. afferte mihi gladium. 2. X. de præſumt. l. 137. §. 2. in fin. ff. de verb. Obl. Maſcard. de prob. v 1. q 10. num. 8.*
    - *Duplex eſt vel*
      - *Legis*, quæ comprehendit non ſolùm legem, ſed omne jus. *Eſtque rurſus vel*
        - *Juris*, quæ ex ſignis veriſimilibus & probabilibus oritur, *Ampliſſ. Dn. Strauch, Diſſ. 25. aph. 33.*
        - *De Jure*, quæ ex argumentis ac ſignis neceſſariis & certis oritur. Exemplum habetur *in l. 3. §. 11. ff. de ſuis & legitim. hæred.* ubi jus præſumit, ſi mulier poſt X. menſem à morte mariti pariat, ipſam poſt mortem mariti cum alio conſueviſſe, *Dn. Strauch. d. l.*
      - *Hominis*, quæ *levis & modica* dicitur à Dd. eſt conjectura, quæ fit ab homine ſeu Iudice, & lege comprehenſa non eſt, *Rosb. tit. 64. n. 5. Menoch. de præſumt. lib. 1. quæ. 5. num. 14.*
    - *Effectum* talem habet, ut onus probandi in adverſarium, contra quem præſumitur, transferat, *l. generaliter. 24. §. ſed & ſi ita. 8. in fin. ff. de fideicom. libert. l. ſi extraneus. 6. ff. de condict. cauſ. dat.* Niſi forte ex altera parte fortior exiſtat præſumtio: hoc enim caſu minor præſumtio per majorem tollitur, *exemplum habetur in l. ſil um. 6. ff. de his, qui ſui vel alieni jur. Rosbach. tit. 64. num. 37. & 38.*

E Definitio,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0029-8

a b c d

*Inter actus medios referuntur etiam*

2. In

1. *Instrumentum*, cujus

*Definitio*, *Instrumentum* in *genere* ſignificat omne id, quo cauſa inſtrui poteſt, ſive literæ ſint, ſive teſtes, ſive confesſio, ſive alia quævis probatio, *l. 1. ff. de fide Inſtrum. Rosb tit. 62. num. 1.* In *ſpecie* verò uti hîc ſumitur, nihil aliud eſt, quàm ſcriptura rei controverſæ fidem faciens, *§. 17. Inſt. de inutil. ſtipulat. ibiq; DD. Dn. Strauch. d. l. a. 20.*

*Diviſio* in
- *Publicum*, quod publicâ autoritate conficitur, vel ab ipſo Magiſtratu, vel ejus juſſu, quo pertinent ſcripturæ ſigillo publico ſignatæ, acta publica, quæ actis inſinuantur, & ſimilia.
- *Privatum*, quod à quovis privato ſcribitur, uti libri rationum, quos mercatores, artifices de rebus ſuis emtis & venditis, & aliis conficiunt. Quo referri poſſunt die Erbregieſter/ quos Nobiles habent, in quibus ſervitia ſubditorum deſcribunt, & alii *de quibus vid. Dn. Strauch. d. l. aph. 20.*

*Requiſita (inſtrumenti ſcil. publici)* ſunt (1) Invocatio Dei Opt. Max. (2) Annus Imperatoris regnantis, (3) Indictio Romana, (4) Annus nativitatis Chriſti, (5) Menſis, (6) Dies & hora rei geſtæ, (7) Locus non ſaltem civitatis vel pagi, ſed etiam domus & conclavis, (8) Facti ſeries, (9) Teſtium adhibitio & nominatio, (10) Subſcriptio nominis Notarii, (11) Subſignatio ejusdem, (12) Pergameni in confectione inſtrumenti adhibitio & alia nonnulla, *de quib. vid. Steph. & Dd. ad Nov. 47. Rosb. tit. 62. num. 5. Termin. de Proc. Jud. cap. 220. num. 9.*

*Effectus* ſcilicet *Inſtrumenti*
- *Publici* eſt, quòd plenam fidem faciat, *c. 1. X. de fid. Inſtr.* Notorium inducat & cum teſtibus eandem vim obtineat, *Rosb. tit. 61. n. 37.*
- *Privati*, quòd pro ſcribente non probet, ſed contra; Niſi hoc inſtrumentum ſubſcriptionem trium teſtium habeat, *Rosb. d. l. n. 39. Ampliſſ. Dn. Strauch. Diſſ. 25. aph. 22.*

2. *Inartificiale*, quę ad fidē faciendam extrinſecus aſſumitur, *Rosb. tit. 53. n. 4.* Et fit vel per

2. *Teſtes*, qui ad rei alicujus fidē faciendam legitimè vocati, teſtimoniū perhibent, *Rosb. t. 56. n. 1.* de quibus ſciendum
1. *An omnes teſtes eſſe posſint?* Poſſunt omnes, niſi prohibeantur vel propter ætatem, & facilitatem judicii ac conſilii ſui, ita propter notam & infamiam, adulterium, famoſum carmen & ſuſpicionem, *Rosb. tit. 56. n. 5. & ſeqq. Excellent. Dn. Strauch. d. Diſſ. aph. 13. & ſeqq.*
2. *Quando producendi?* Teſtes regulariter ſunt producendi poſt litis conteſtationem, *c. 1. & c. quoniam. X. ut lit. non conteſt.* Niſi necesſitas urgeat ad perpetuam rei memoriam examinari, *Dn. Strauch. d. l. aph. 18.*
3. *Quomodo examinandi?* Ubi exponuntur examinis
   1. *Antecedentia*, ubi
      1. Articuli exhibentur, quibus annectitur directorium & deſignatio teſtium, hoc eſt ſcedula, in qua deſignatur, ſuper quibus articulis teſtes examinari debeant, *Rosb. tit. 54. n. 15.*
      2. Communicantur articuli ad formanda interrogativa.
      3. Citantur teſtes, vel à Judice ipſo vel à Commiſſario.
      4. Producens & Reus ad producendum & videndum teſtes jurare peremtoriè citantur, *Ruland. 2. de Commiſſ. c. 3. n. 3. & ſeqq.*
      5. Teſtes intra terminum à judice datum, ſumtibus producentis, producendi.
      6. Exhibentur interrogatoria ab eo, contra quem teſtes producuntur.
      7. Teſtes in præſentia partis adverſæ juramentum præſtant.
   2. *Actus ipſe.* Poſt præſtitum juramentum examen ipſum ſubſequitur, quod à Judice vel Commiſſario ejus peragitur; Quænam autem ſint partes Commiſſarii in expedienda commisſione, *vid. Roding. in Pand. Camer. lib. 3. tit. 14. p. m. 584. & ſeqq.* Examen autem clam partibus inſtitui debet, & examinator ſingulos teſtes juramenti ſui admonebit, articulos & interrogatoria textibus exponet, ſi quæ ſubeſt obſcuritas, eam declarabit, teſtium dicta iisdem verbis, quibus utuntur, annotabit, *vid. Brunnem. de Proc. p. 1. cap. 20. n. 50. & multis ſeqq. Rosb. tit. 58. n. 2. & ſeq.*
   3. *Conſequentia*, quæ ſunt, ut Judex atteſtationes ad inſtantiā partis publicet. *Publicationis autem teſtium*
      - *Forma* eſt, quod Judex partibus præſentibus, vel abſentibus, citatis tamen, teſtium depoſitionem in toto vel pro parte, per ſe vel Notarium legat: & demum dicat, habeantur pro publicatis, *Rosbach. tit. 60. n. 4.*
      - *Effectus*, quod publicatio ſemel facta, regulariter teſtes non posſint iterum vel amplius produci & examinari; ne teſtium ſubornatio fiat, *Schultz. in Syn. Judic. th. 56. Rosbach. d. l. n. 6. & ſeqq.* ubi hujus effectus regula limitatur.

3. Confesſionem } Tab. ſeq.
4. Iuramentum }

*Terminus*, qui de Iure
- *Civili* certus non eſt, ſed Iudex dat dilationem, *l. 1. C. de dilat.*
- *Camerali* arbitrarius eſt, *Ord. Cam. part. 3. tit. 16. §.* Was aber / *Rec. Imp. de Anno 1654. §.* Den *punctum probationū* betreffend / *44. verſ.* Nach Geſtalt uñ Gelegenheit der Sachen und Partheyen gemäſſiget/ etc.
- *Saxonico* eſt ſex hebdomadarum & trium dierū, Landr. *lib. 1. art. 62.* ab eo ipſo momento, quo ſententia, per quam alicui probatio injuncta eſt, vires rei judicatæ cōſecuta eſt, computandarū, Landr. *d. l. ibiq; Gloſſ. lit. H. Frider. de Proc. p. m. 216. Schultz. in Syn. Jud. th. 53.*

7. Concluſio cauſæ
8. Inrotulatio actorum } Tab. ſeq.
9. Sententia

1. *An actori juramentum deferendum, an verò reo eo caſu, quo actor ſemiplenè intentionem ſuam probaverit & reus exceptionem ſuam ſemiplenè?*

RESp. De hac quæſt. vid. Gilken. *in l. 3. n. 15. & ſeqq. Cod. de reb. cred. & jurejur.*

2. *An duæ ſemiplenæ probationes (veluti unius teſtis & inſtrumenti privati) vim plenæ probationis habeant?*

RESp. Habere vim plenæ probationis, in cauſa minùs ardua & civili; ſecus in criminali, in qua requiruntur probationes luce meridiana clariores, *l. ult. Cod. de probat. l. qui ſententiam 16. Cod. de pœn. Berlich. part. 1. concl. 36. num. 130, Perez. ad tit. Cod. de probat. num. 5.*

3. *An ex præſumtionibus aliquis condemnari poſſit?*

RESp. Regulariter ex præſumtionibus nemo eſt condemnandus, *per text. in l. abſentem. 5. ff. de pœn.* Verùm hoc tantùm procedit in præſumtionibus hominis, ſecus in præſumtionibus legis, *juxta Bart. in §. fin. in auth. Cod. ut liceat matri & av. & Bart. in l. ſi hi, qui adult. Cod. de adult.* Non enim poteſt dari certa regula, quæ præſumtio ſufficiat ad condemnationem, vel ad ſemiplenam probationem, quapropter prudens & diſcretus Iudex ex bono & æquo, variisque conjecturis quid judicandum arbitrabitur, *Panorm. in can. quando. X. de præſumt.*

4. *An præſumtio juris & de jure admittat probationem contrariam?*

RESp. Hæc præſumtio regulariter non admittit probationem in contrarium, niſi per teſtimonium quinq; teſtium, *Menoch. de præſumt. lib. 1. quæſt. 63.* aut duorum vel trium teſtium ſummæ fidei, *idem d. l. 1. quæſt. ſeq.*

5. *An ſubſcriptio contrahentium & teſtium in inſtrumento publico requiratur?*

NEg. *Rosb. in Proc. Judic. tit. 62. n. 6.* eorum ſubſcriptionem requiri, niſi lex eam requirat, *ut in l. in donationibus 31. Cod. de donat. & in l. hac conſultisſima. 21. C. de teſtam.*

5. *Quando inſtrumenta ad probandum produci debeant?*

RESp. Hodiè præcisè intra terminum Saxonicum, qui eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum, produci debere; aliàs causâ caderet, ſi id facere neglexerit producens, idque probat Sanctio Electoralis clarisſima *in Conſtit. 17. verb.* Hette Zeugführer *intra terminum &c. part. 1. & in Ord. Proc. Judic. tit. 24. in pr. ibi:* So der Kläger oder Beklagte etwas mit Brieſſlichen Urkunden beweiſen / oder nebenſt der Zeugen Auſſage mit einbringen wolte / ſoll er ſolches / wie obgedacht / binnen der zur Beweiſung nachgelaſſenen Sächſiſchen Friſt zu thun ſchuldig ſeyn / etc.

6. *An Doctor Juris inſtrumentum ſolenne & publicum conficere poſſit?*

RESp. Inſtrumentum tale conficere non poſſe: quia ad formam eſſentialem inſtrumenti publici requiritur præcisè, ut, ſi nec autoritate judiciali, nec teſtibus fuerit munitum, à Notario publico ad minimum ſit confectum, idque approbârunt Scabini Lipſienſes, *quos ſecutus Magnif. Dn. Carpz. lib. 6. Reſponſ. jur. 18. num. 14. & ſeq. & in Proceſſ. Judic tit. 2. art 3. num. 71. & ſeqq. Diſſent. Berlich. part. 1. concluſ. 43. num. 50.*

7. *An inſtrumentum, quod non ſigneto Notariatus, ſed privato ſaltem Notarii ſigneto firmatum eſt, valeat?*

RESp. Communis pragmaticorum ſententia eſt non valere ejusmodi inſtrumentum, quia ſignetum Notariatus ad ſubſiſtentiam & autoritatem inſtrumenti publici præcisè requiritur, *Magnif. Dn. Carpz. lib. 3. Reſponſ. jur. 85. & tit. 2. art. 3. num. 78. & ſeqq.*

8. *An probatio intra terminum probatorium plenariè ſit perficienda; an verò ſufficiat, ſi articuli & nomina teſtium offerantur, copiæq; ſaltem inſtrumentorum exhibeantur?*

RESp. Sufficere, ſi is, cui onus probandi injunctum eſt, intra terminum probatorium articulos ſaltem probatorios & nomina teſtium offerat, licet teſtes non juraverint, nec examinati fuerint, per ſanctionem manifeſtam Electoralem *in Conſtit. 16. part. 1. in pr. ibi:* Ein ieglicher *part*, dem Beweiſung auferlegt / ſoll innerhalb des rechtlichen Termins in ſechs Wochen und dreyen Tagen die Beweiß-Articul einbringen / ꝛc. *& in Ord. Proc. Judic. Elect. Sax. Joh. Georg. tit.* Von der Beweiſung. *20. in pr. vid. Schultz. in Syn. Judic. th. 54. & Mynſ. cent. 6. Obſerv. 57.* qui ex *Panormit. in can. licet cauſam. X. de probat.* plures diverſos caſus recenſet, qui in hac quæſtione benè obſervari debent, quorum (1) ſi præfixus ſit à Judice terminus ſimpliciter ad producendum teſtes, tunc ſufficit ante ejus lapſum teſtes productos fuiſſe, & jurâſſe; quia diverſa ſunt, teſtes producere, & eosdem examinare. (2) Si conceſſa ſit dilatio ad producendum & examinandum teſtes, tunc non ſatis eſt produxiſſe teſtes, niſi teſtimonia quoque dixerint, ſicque intra terminum & jurare & examinari debent. Si tamen producens debitam adhibuit diligentiam, ut teſtes intra præſcriptum tempus examinarentur, & penes Judicem vel Commiſſarium ſtetit, quo minus id fieret, non debet hoc parti producenti præjudicio eſſe, quæ fecit, quod potuit. (3) Indulto ſimpliciter termino ad probandum ſi quidem pars teſtes produxit, ut commodè intra terminum examinari potuerint, deque eo ſollicitaverit Judicem, vel examinatorem, tum ſatisfeciſſe termino putandus eſt. Examinatio enim ad judicem pertinet, vel ad eum, cui is mandavit. Quod ſi tam ſerò producti ſunt teſtes, ut commodè examinari intra terminum nequiverint, parsve negligentior extiterit in admonendo Judice ad examinandum teſtes, eo caſu Bartoli ſententia *in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infecto*, crebriùs recepta eſt, exiſtimantis, depoſitionem teſtis poſt effluxum terminum amplius fieri non poſſe. (4) Si dilatio à Judice ad probandum, probatumque habendum conceſſa ſit, non ſufficit teſtes in termino jurâſſe, ſed eorundem quoque examinatio ante lapſum termini requiritur. (5) Dilatio ſub iſtis verbis data. Ad probatum habendum per omne genus probationis, omnes probationes excludit, adeò quòd à dilatione elapſa, nec jusjurandum in defectum probationis præſtari amplius poſſit; Quia talis dilatio vim concluſionis in causâ habet, & poſt concluſionem hujusmodi juramentum amplius non defertur, ita Mynſ. d. l. ubi ejusmodi caſus ita in Camera Imperiali obſervari tradit.



9. An

### 9. *An ſi teſtis primo loco deponat & poſteà juret ejusmodi depoſitio valeat?*

QVamvis regulariter teſtis juramentum, antequàm deponit, præſtare teneatur; tamen ſi in continenti poſt depoſitionem juret, nimirum quando tempore depoſitionis promittit, ſi neceſſe ſit, ſe dicta ſua juramento corroboraturum, tunc utique talis depoſitio valet; ita factum in cauſa quadam *Anno 1552. M. Auguſt.* teſtatur Mod. Piſtor. *in Proc. Jud. part. 2. cap. 11. num. 3.*

### 10. *An frater in cauſa fratris teſtis eſſe poſſit?*

REſp. Menoch. *lib. 1. arbitr. Jud. quæſt. cauſ. 104.* Fratrem pro fratre teſtimonium ferre poſſe in cauſa civili, non verò criminali; idque Bald. *in l. parentes. n. 3. Cod. de teſtib.* declarat tum procedere quando ſeorſim habitant, quem ſequitur *Ant. Fabr. Cod. de probat. definit. 24.*

### 11. *An teſtes utraque parte præſente & audiente, publicè in judicio examinari debeant?*

REſp. Olim, ut Cujac. *ex Nov. 90. in fin.* Rittershuſ. *p. 9. cap. 22. n. 26.* & alii colligunt, requirebatur quidem, ut teſtes producerentur & examinarentur, utrâque parte præſente *d. Nov. 90. cap. ult.* ubi Imperator utitur verbo neceſſitatis, & dicit, *oportet, ut partes interſint & teſtationes audiant.* Probari etiam videtur hæc ſententia *in l. ſi. quando. 19. ibi:* alterutrâ parte præſente, quæ eos introducit, teſtimonia eorũ capere *Cod. de teſt.* Item *in l. Judices 18. Cod. de fide Inſt.* Ubi ſancitur, depoſitiones fieri debere ſub utriusq; partis præſentia. Verùm ille mos examinandi teſtes in uſu eſſe deſiit: nam quamvis hodie productio teſtium præſente eâ parte, contra quam teſtes producuntur, fiat, ut videat illa pars, quomodò teſtes jurent; tamen poſtquam jurârunt teſtes, pars, contra quã producuntur, jubetur diſcedere, ne audiat examen & depoſitiones teſtiũ, quæ fiunt apud judicem tantùm, vel Commiſſarium, teſtibus examinandis deputatum, præſente tamen Notario, qui dicta teſtium conſignat: de quibus pleniſſimè tractat Ruland. *de Commiſſ. lib. 1. cap. 1.* Atque hic mos examinandi teſtes æquiſſimis nititur rationibus: tum quia ipſæ partes captioſè in ſui commodum poterant teſtes examinare: tum quia teſtis ex ipſius partis præſentia, & quæſtione, facilè ratione metus ac timoris, à veritate ſeduci poterat, ut aut non liberè & candidè deponeret, aut aliò deflecteretur, *Ferrar. Montan. in præexercitamentis Judic. cap 6. §. quia verò. lib. 2. Cui add. Matth. Stephan. ad Nov. 90. n. 28. & ſeqq.*

### 12. *An duo teſtes fœminini ſexus plenè probent?*

AFf. *Per l. 20. §. 6. Carpz. in proc. tit. 13. art. 3. num. 28. & 29.*

TAB. X. *Viſis duabus probationum inartificialium ſpeciebus, reſtat ut adhuc de duabus, quas nonnulli addunt, Confeſſione nempe & Juramento; nec non reliquis actibus mediis, nimirum de Concluſione cauſæ, Inrotulatione actorum & ſententia, paucis diſpiciamus.*

- **Agitur hîc** (a)
  - **1. De eâ probatione inartificiali, quæ fit per**
    - **3. Confeſſionem, quæ**
      - *Definitur*, *Confeſſio* eſt ejus, quod in lite eſt, aut in litem deduci poteſt, obſervatio, *Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 25. aph. 23. Umm. Diſp. 13. th. 8. num. 35.*
      - **Duplex eſt vel**
        - *Judicialis*, quæ fit in jure, judiciove coram Judice competente, & pro tribunali, *l. 6. ff. de Confeſſ. l. un. Cod. eod. l. 56. ff. de re judic. Dn. Strauch. d. l.*
        - *Extrajudicialis*, quæ fit apud probos & fide dignos homines extra judicium, *Dn. Strauch. d. l. vid. Brunnem. de Proc. Judic. cap. 21. n. 2. 3. & 4. Roſb. tit. 65. num. 2.*
      - **Hunc effectum habet, quòd confeſſio**
        - *Judicialis* relevet ab onere probandi & vim rei judicatæ habeat, adeò ut in confeſſum nullæ ſint partes Judicis, niſi in condemnando, *Roſb. tit. 65. num. 31.*
        - *Extrajudicialis* tantùm ſemiplenè probet, niſi fuerit geminata, vel coram duobus ad minimum probatis teſtibus & parte præſente facta, *Brunnem. d. l. num. 4. Roſb. d. l. Magnif. Dn. Carpz. tit. 13. art. 3. num. 13 & 14.*
    - **Juramentum, quatenꝰ hujus loci eſt; nimirum** *quo lis principalis deciditur* **vel**
      - **1. Per ſe, mediante juramento litis deciſorio in ſpecie ſic dicto; Quod eſt vel** (b)
        - 1. *Voluntarium*, quod ex conventione per modum tranſactionis à parte parti extra judiciũ defertur vel etiam refertur, *l. 17. pr. l. 28. §. 10. l. 39. ff. de jurejur. Mag. Dn. Struv. Exerc. Pand. 18 th. 29.* Quæ tamen juramenti ſpecies propriè hujus loci non eſt.
        - 2. *Judiciale*, quod à parte parti in judicio, accedente Judicis (per ſententiam interlocutoriam) approbatione defertur, *l. 12. §. 1. Cod. de reb. cred. & jurejur.* non ſolùm ante, ſed etiam poſt litis conteſtationem, *per d. l. 12. ſub fin. pr.* Jure verò Saxonico *Actor* non niſi ante litem purè conteſtatam, & ante præſtitam guarandem deferre *Reo* juramentum poteſt, *Nov. Elect. Auguſt. p. 1. Conſtit. 11. ſub fin. ubi Dan. Moller. num. 18. & ſeqq. & Ord. Proc. Judic. Elect. Joh. Georg. tit.* Von Eyden / *ꝛc. 18. in pr. vid. ICtiſſ. Dn. Struv. Exerc. 17. th. 32. Schultz. Syn. Judic. th. 65.* Et hoc juramentum delatum non poteſt recuſari, ſed Reus incontinenti vel ſuſcipere & præſtare, *l. non erit. 5. §. fin. junct. l. jusjurandum. 34. §. ait prætor. 6. ff. de jurejur.* vel Actori deferenti referre tenetur, *d. l. jusjurandum. 34. §. datur. 7. l. manifeſtæ. 38. ff. de jurejur. Schultz. in Syn. Judic. th. 63. vid. Dn. Struv. d. l. th. 34.*
      - **Neceſſarium, quod**
        - *Definitur*, *Neceſſarium juramentum* eſt, quod inopiâ plenæ probationis Judex, etiam parte non petente, defert cauſâ cognitâ vel Actori vel Reo, *Excell. Dn. Struv. d. Exerc. th. 41. Gail. 1. Obſ. 108. num. 3.*
        - **Dividitur in**
          - *Suppletorium*, quod Judex cauſâ cognitâ, etiam non rogatus, imponit ei, qui ſemiplenè probavit, ut per id perfectè fiat probatio & cauſa dubia decidatur, *l. 3. ff. de reb. credit.*
          - *Purgatorium*, quod Judex, cauſâ cognitâ, imponit ei, contra quem præſumtiones militant, ut iis ſe per illud eximat, & cauſa dubia decidatur. *l. 31. ff. de jurejur. Dn. Struv. d. l. th. 45. Brunnem. in Proc. civ. c. 23. n. 34. & ſeqq.*

*Definitur*

a b

2. *Per accidens*, commiſſo ſcil. ab adverſario dolo, *juramento in litem*, quod

- *Definitur*, *Juramentum in litem eſt*, quo propter intervenientem dolum & culpam adverſarii, rem non reſtituentis, aut non exhibentis, Judice deferente, *Actor* rem ſuam, quam petit, æſtimat, ſeu tanti ſibi eſſe obteſtatur, *l. 1. §. 1. l. 4. pr. §. 1. ff. de in lit. jur. Dn. Struv. d. Exerc. 17. th. 58.*
- *Duplex eſt vel*
  - *Affectionis*, quo propter dolum adverſarii, qui detrectat, aut facit, quo minus poſſit rem reſtituere, res in judicium deducta ultra ejus pretium arbitrio Domini æſtimatur, *ICtiſſ. Dn. Struv. d. l. th. 59.*
  - *Veritatis*, quo res, quæ culpâ Actoris interiit, vel deterior facta eſt, quanti verè eſt, & quanti reverâ intereſt, rem non reſtitui, *l. 5. §. ult. ff. de in lit. jur. ab actore æſtimatur. Ampl. Dn. Struv. d. l. Modeſt. Piſtor. de Proc. p. 2. c. 43. n. 2.*
- *Tria requirit*, ut locum habeat
  1. Quòd ſit actio bonæ fidei, ſeu arbitraria vel in rem, *Bart. in l. 3. ff. de in lit. jur. verſ. ſecundo conſiderandum. Dn. Strauch. Diſſ. 26. aph. 16.*
  2. Quòd concurrat dolus condemnati in non reſtituendo id, quod habet.
  3. Quòd ſit res circa quam veriſimiliter cadit affectio, *Bart. in d. l. Piſtor. d. l. num. 3.*

*2. De tribus reliquis actibus, qui ad medios quoque pertinent; ut ſunt*

*7. Concluſio cauſæ, quæ*

- *Definitur*, *Concluſio cauſæ* eſt omnium ſcil. juris & facti allegationum renunciatio, totiusque cauſæ ad definiendum ſubmiſſio, *can. Paſtoralis. 5. X. de cauſ. poſſ. & propriet.*
- *Dividitur in*
  - *Expreſſam, quæ*
    - *Definitur*, quòd ſit, quæ verbis expreſſis rem Judicis cognitioni ſubmittit, his aut ſimilibus verbis: Jch ſetze dieſe Sache zum rechtlichen Erkäntnüß/ oder wil hiermit zur heilſamen Urthel beſchloſſen haben. *Umm. Diſp. 19. th. 1. num. 2. Brunnem. de Proc. p. 1. cap. 26. num. 9.*
    - *Subdividitur rurſus in*
      1. *Puram*, quæ ſimpliciter, & abſolutè cauſam concludit, *Roſb. tit. 70. num. 5.*
      2. *Conditionatam ſeu eventualem*, quæ fit cum conditione, proteſtatione & reſervatione; veluti, ſi pars, adverſa nihil novi amplius attigerit, vel alioqui nihil facti de novo emerſerit, *Roſb. d. l. Umm. d. l. n. 4.*
  - *Tacitam*, quando cauſa non ita verbis expreſſis ſubmittitur, ſed ex circumſtantiis apparet, nihil niſi ſententiam Judicis reſtare, *Ampl. Dn. Strauch. Diſſ. 26. aph. 1. Umm. d. l. n. 3. & 9.*
- *Effectum præcipuum habet*, quòd poſt eam nullæ ulteriores probationes neque aliæ deductiones admitti debeant, *c. cùm dilectus. 9. X. de fid. inſtrum. Nov. 90. cap. 4.* Hæc tamen regula multas patitur exceptiones, quas *Gail. 1. Obſ. 107. n. 6. & ſeqq.* ſubjicit, *cui add. Rul. de Commiſſ. p. 4. l. 8. cap. 11.*

8. *Inrotulatio Actorum*, quæ nihil aliud eſt, quàm eorum, quæ ab utraque parte fuêre propoſita præſentibus partibus ad hoc ſpecialiter citatis in ordinem facta collectio, & collectorum obſignatio, *Fibig. de Proc. part. 1. cap. 2. membr. 3. §. 17. p. 59.* Vocatur etiam transmiſſio Actorum, quia ejusmodi Acta ad non ſuſpectum collegium ICtorum tranſmittuntur ſumtibus plerumque petentis, ut ibi ſententia concipiatur, *vid. Renneman. de jure transmiſſ. actorum. Modeſt. Piſtor. de proc. p. 2. cap. 47. & Rec. Imp. de An. 1654. §.* doch mit dieſem. *107.*

*9. Sententia, quæ*

- *Definitur*, *Sententia* eſt pronunciatio Judicis, cauſæ controverſæ deciſionem continens, *Fibig. de Proc. Judic. p. 1. cap. 2. membr. 3. §. 15. p. m. 59. Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 26. aph. 2.*
- *Dividitur in*
  - *Interlocutoriam*, *quæ rurſus vel* *ſimplex*, *mixta*, vid. ſuprà Tab. 7.
  - *Definitivam*, quæ ipſam principalem controverſiam determinat, totique cauſæ finem imponit, *Fibig. d. l.*
- *Concipitur vel*
  1. *A judice negotii*, *Brunnem. de Proc. Judic. cap. 27. num. 5.*
  2. *Ab extraneo conſilium ſuggerente*, ſumtibus utriusque partis, ſi id fiat vel ex ſtatuto, vel petente utrâque parte, vel ex officio, vel alterius tantùm, qui id petit, quas expenſas tamen à ſuccumbente recuperat, *Schrad. de Feud. part. 10. ſect. 14. num. 57. 81. 84. & 91. Menoch. lib. 2 arb. jud. quæſt. caſ. 228. num. 25.*

---

*1. An ex ſola confeſſione debitoris parata executio detur?*

RESp. Dari; & quod in confeſſum non minus ac judicatum parata executio detur textus eſt *in l. poſt rem judicatam 56. ff. de re judic. Et in l. proinde 25. §. ult. ff. de Leg. Aquil.* Itaque ſi debitor judicialiter confeſſus fuerit debitum, exemplo judex ſolutionem ei imponere & executionem decernere valet, *Petr. Heig. part. 2. quæſt. 7. n. 21. & ſeqq. Vid. Magnif. Dn. Carpz. tit. 22. art. 1. num. 20. & ſeqq.* ubi etiam formula ſententionandi.

*2. Quænam requirantur, ut confeſſus pro judicato habeatur?*

REſp. Multa requiri, (1) ut confeſſio facta ſit in judicio, *l. ſicut major. 4. Cod. de repud. vel abſtin. hæredit.* (2) ut ſit facta coram competente judice, *l. un. Cod. de Confeſſ. c. 4. X. de Jud.* nam aliàs tantùm haberetur extrajudicialis, quæ non plenè probat, niſi à parte adverſâ fuerit acceptata, vel à debitore geminata, (3) ut facta ſit præſente adverſario, ejusvè Procuratore, *l. certum confeſſus 6. §. ſi quis 3. ff. de Confeſſ.* (4) ut ſponte fiat confeſſio: Nam ſi quis vi vel metu ad confitendum compulſus ſit, ejus confeſſio non valet, niſi in eadem perſeveret. Et hujusmodi requiſita vulgaribus hisce verſiculis comprehenduntur.

*Major, ſponte, ſciens contra ſe, ubi jus ſit, & hoſtis.*
*Nec natura neget, favor, lis, jusq; repugnat.*
*Major, ſponte, ſciens, dominus, pars, lis, ſed & in ſe*
*Confeſſus certum, compos pro judice, jure*

 *Damnatur*

*Damnatur: niſi lex, favor, aut natura repugnet.* Quæ ordine perſequitur Rosbach. *tit. 65. n. 5. & ſeqq.* Cui adde Perez. *ad tit. Cod. de Confeſſ. n. 6. & ſeqq.*

3. *An Reus à jurisjurandi religione ſe aliis legitimis probationibus relevare poſſit?*

REſp. Poſſe, modò ſe offerat ad probationem, antequam delatio juramenti per ſententiam approbetur, *Modeſt. Piſtor. in Proc. judic. part. 2. c. 39 n. 17.* idemq; probat Weſenbec. *in parat. de jurejur. n. 9.* & in ſuam ſententiam allegat plures *in l. 2. & l. delata. 9. Cod. de reb. cred.*

4. *An is, cui delatum eſt juramentum, ſi jurare recuſet pro convicto habeatur?*

Aff. *per l. 2. §. quod ſi 6. Cod. de jurejur. prop. cal. dand. & l. pen. §. ſed juramento* I. *Cod. de reb. cred.* Niſi juſta ſit recuſationis cauſa, quas octo numero recenſet Bart. *in l. manifeſtæ 38. ff. de jurejur.* & easdem etiam perſequitur Bald. *in hoc §. n. 16. & alii. Prima* recuſandi cauſa ſumitur ex perſona referentis, puta ſi pupillus, furioſus, prodigus jusjurandum deferant, *l. 35. §. 1. ff. de jurejur. l. ſi ad excludendum. 3. Cod. de reb. cred.* aut procurator; niſi ei nominatim id mandatum ſit, aut liberam bonorum adminiſtrationem habeat, *l. jusjurandum.* 17. *§. fin. cum l. ſeq. ff. de jurejur. Secundò* juſtam abnuendi cauſam præbet conditio perſonæ, cui defertur juramentum, *l. 34. §. 2. & 3. ff. d. t. Tertiò* conſideratio ipſius loci id quoq; complecti poteſt. Nam qui Romæ non compelluntur judicium accipere, ut ſunt legati provinciales, ne jurare compellendi ſunt, *l. tutor. 35. §. fin. ff. eod. Quartò* natura actionis inſtitutæ, id etiam largiri poteſt, *l. Si patronus, 16. ff. eod. Quintò* is qui exceptione, puta, rei judicatæ, jurisjurandi, tutus eſt, tale juramentum recuſare poteſt, *l. in duobus. 28. §. fin. cum l. ſeq. præſcriptionis. l. in contractibus. 14. §. illo. 3. Cod. de non numer. pecun. Sextò* is jurare non compellitur, qui rei veritatem compertam non habet, forte, quòd tractetur de facto alieno, *d. l. 34. verſ. quid tamen. & §. non ſemper 8. ff de jurejur. add. l. Marcellus 11. §. 2* ubi hæc verba ſeſe offerunt, jurare autem tàm vir, quàm uxor cogetur: Pater autem amoventis jurare non cogitur: cùm iniquum ſit, de alieno facto alium jurare &c. *ff. de act. rer. amot. Septimò* ubi timor perjurii verſatur, juramentum temerè deferendum non eſt, *l. aliàs 18. de jurejur. Octavò* juramentum recuſari poteſt, quandò jurantis conditio hoc modo deterior reddi poſſit, ut in caſu legis, *eum qui 30. ff. de jurejur.* plures recuſandi cauſas recenſet Gilken. *ad l. generaliter. 12. §. ſed juramento* 1. *num. 10. & ſeqq. Cod. de reb. credit.*

5. *An Actor, licet nihil penitus probaverit, deferre Reo juramentum poſſit?*

REſp. Actorem Reo hoc juramentum litis deciſoriū, etiamſi nihil probaverit, deferre poſſe juxta communem Interpp. ſententiam, Chriſt. Zobel. *part. 1. diff. 21. n. 7. & 21.* Hartm. Piſtor. *part. 4. quæſt. 13. n. 1. & 16.* Matth. Coler *part. 1. deciſ. 122. n. 1.* Schneidew. *in §. item ſi quis poſtulantæ 11. n. 22. Inſt. de act.* Modeſt. Piſtor. *vol. 2. Conſil. 45. quæſt. 2. n. 18.* König. *in proceſſ. Jud. c. 66.* Jacob Schultz *in add. add.* Modeſt. Piſtor. *part. 1. quæſt. 130. n. 31. & ſeq.* eandemq; ſententiam probat Sanctio Electoralis *in Ord. Proceſſ Jud. tit.* Von Eyden/derſelben Delation, *Relation, &c. 18. in pr. ibi:* So der Kläger dem Beklagten die Klagen ins Gewiſſen ſchieben/ und den Eyd derowegen deferiren wolte/ ſoll ihme ſolches/ wenn er gleich keinen Schein noch Beweiß vor ſich hat/ nachgelaſſen ſeyn.

6. *An juramentum ſemel delatum revocare & ad probationes redire liceat?*

Aff. *per l. ſi quis jusjurandum 11. §. ſi quis. ibi:* ſi quis autem ſacramentum intulerit, & hoc revocare maluerit, licere quidem ei hoc facere, & alias probationes, ſi voluerit, præſtare, ita tamen ut hujusmodi licentia usque ad litis tantummodò terminum ei præſtetur &c. *Cod. de reb. credit.* Idemque in foro Saxonico probatum per *Ord. Proc. Jud. tit. 18. § 2.* Ob nun gleich der Kläger den Eyd einmal deferirt hätte/ do er aber dennoch hernacher viel lieber davon ablaſſen/ und ſeine Klage beweiſen wolte/ ſoll ihme ſolches ungeachtet des an etlichen Orten eingeführten wiedrigen ſtyli, vergebliche Eyde zu verhüten/ auch noch Angelobung der Gewähr und beſchehenen Kriegs-Befeſtigung/ frey ſtehen.. Modò juramentum nondum ſit acceptatum, relatum, vel deſuper pronunciatum; de quâ limitatione agitur in d. Ord. *Proc. Jud. tit. 18. §.* Ob nun gleich 2. in fin. Wann es nur geſchicht/ ehe und zuvor der Beklagte den deferirten Eyd acceptirt/ oder denſelben referirt/ oder ein Urtheil darauff ergangen/ ſo Krafft Rechtens erreicht/dann wann derer eins erfolgt/ ſoll es bey der beſchehenen delation abwenden.

7. *An juramentum ſuppletorium præſtare juſſus ad probationes confugere poſſit?*

NEg. Quia juramentum neceſſarium ſive ſuppletorium non niſi in defectum plenæ probationis defertur, *c. ſicut conſuetudo. 2. X. de probat.* Itaque ex hoc ipſo ei præciſa eſt via ulterioris probationis; fruſtrà ſiquidem quis ad illud refugium quæret, quod antea perficere ac præſtare non potuit, *Morſil. Conſil. 51. n. 17.* Et licet forſan jurare in ſupplementum juſſus alios teſtes, aliave documenta, quibus jam ſuam intentionem plenè probare poſſet, noviter repererit, ad probandum tamen non admittendus erit, quia poſt terminum probationis elapſum ulteriori probationi non datur locus, *Chil. König. in Proceſſ. c. 71. n. 4. Zobel. part. 1. diff. 36. poſt. pr. Magn. Dn. Carpz. tit. 12. art. 2. n. 94. & ſeqq.*

8. *An juramentum ſuppletorium ex inſtrumentis noviter repertis retractari poſſit?*

Aff. Quia ex inſtrumentis noviter repertis, cauſa ex integro agi debet, *l. admonendi. 31. ff. de Jurejur.* non per reſtitutionem in integrum, ſed cum ſententia lata ipſo jure nulla eſt, priſtinaq; actio & cauſa inſtituitur, perinde ac ſi nulla ſententia fuiſſet lata, *l. & qui non provocarunt. 2. Cod. ſi ex falſ. inſtrum. l. 14. Cod. de transact. add. Magnif. Dn. Carpz. tit. 12. art. 2. n. 99. & ſeqq.*

9. *Quid juris ſi in ſententia deſcribenda error à Notario vel Actuario committatur?*

REſp. Errorem hunc incuria deſcribentis ſententiam commiſſum, interpoſitâ Leuteratione vel Appellatione corrigi debere, *Dn. Carpz. tit. 16. art. 2. n. 17. & ſeqq.*

10. *An ſententia in præſentia partium litigantium iisque citatis, publicari debeat?*

REſp. Regulariter de jure communi & Saxonicò partibus verè, vel per interpretationem præſentibus publicanda & ferenda eſt, ita tamen ut partium citatio præcedat, *l. ea quæ. 7. Cod. quom. & quand. und. ſent. prof. deb. & ibi Gloſſ. in verb adverſus.* Per interpretationem autem pars præſens dicitur, ſi vel verè, vel fictè contumax ſit *per l. in cauſæ cognitione 13. verſ. cauſa enim cognita* ibique *Gloſſ. in verb. per contumaciam. de minor. 25. ann.* & Gloſſ. *in*

*l. fin.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0034-2

*l. fin. in verb. appellare ff. in reſtit. in integr.* de vera & ficta contumacia agitur. Secus de Jure Camerali, ubi citatio ad audiendam ſententiam, tàm in definitivis, quàm interlocutoriis, non requiritur; ſed ſufficit partes ſemel ad totam cauſam legitimè & peremtoriè citatas fuiſſe. *Gail. 1. Obſ. 109. n. 1. & 3.*

## TAB. XI. *Abſolutis actibus præparatoriis & mediis, reliquum eſt, ut actus poſteriores, qui poſt ſententiam ſequuntur, paucis depingamus.*

- ***Actus poſteriores* ſunt vel**
  - ***Suſpenſivi*, quibus ſententia lata impugnatur vel per**
    - **1. *Nullitatem*, quæ**
      - *Definitur, Nullitatis remedium*, eſt jus evertendi ſententiam, contra præſcriptum Juris circa proceſſus eſſentialia & ſolennitates latam, *Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 27. aph. 1.*
      - *Oritur, vel*
        - 1. Ex *defectu perſonarum in judicio verſantium*, & quidem *ex parte*
          - 1. *Judicis*, ſi is incompetens, aut aliàs inhabilis ſit.
          - 2. *Actoris & Rei*, ſi propter naturæ vel legis prohibitionem in judicio ſtare non poſſint, *Dn. Strauch. d. l. aph. 2.*
          - 3. *Procuratoris*, ſi falſus aut illegitimus fuerit, *vid. Tab. 2.*
        - 2. *Ex defectu proceſſus*, ſi ordo judicii non legitimè ſervatus, vel aliquid ex ſolennitatibus omiſſum fuerit, puta, ſi abſq; libello, citatione, litis conteſtatione, &c. ſententia lata fuerit, *Rosb. tit. 72. num. 20.*
        - 3. *Propter omiſſam ſolennitatem ipſius ſententiæ*, puta, ſi ad publicationem partes non citatæ; ſi ſententia, contra rem judicatam lata; ſi libello non conformis; ſi contra jus ſcriptum lata, videatur *Magnif. Dn. Carpz. Reſp. lib 6. tit. 10. Reſp. 117. lib. 1. tit. 8. Reſp. 72.*
      - *Proponitur hodiè corā Judice appellationis*, & ſic ſuperiori, *Gail. 1. Obſ. 172. n. 7.* & quidem *vel*
        - *Principaliter*, ſi in petitione dicatur, ſententiam vel proceſſum nullum eſſe, ejusq; reſciſio abſq; ulla appellationis mentione petatur, *Ampliſſ. Dn. Strauch. d. Diſſ. aph. 3. Rosb. tit. 72. n. 5. Vant. de null. quot. & quib. mod. n. 2.*
        - *Incidenter*, cum appellationis remedio, & tum uno eodemque proceſſu cum appellatione expediri debet, *Vant. d. l. num. 17. & ſeqq.*
      - *Inſtitui debet de jure*
        - *Communi intra 30. annos*, quia eſt diverſa & ſeparata à cauſa appellationis, *can. inter cæteras. 9. X. de ſent. & re judic. Gail. 1. Obſ. 127. num. 8.*
        - *Camerali intra decem dies*, quia hodiè *juxta Rec. Imp. 1654.* §. In deme auch nunmehr / 115. in ſententia nulla & iniqua fatale interponendæ appellationis obſervari debet, niſi nullitates inſanabilem defectum habeant, tunc enim diſpoſitio juris communis maneat, *d. Rec.* §. Bey denſenigen 116.
        - *Saxonico hodierno intra ſex ſeptimanarum & trium dierum ſpacium* à tempore publicatæ ſententiæ, *Schultz. in Syn. Jud. th. 71. Dn. Carpz. tit. 19. art. 3. num. 9.*
      - *Hunc effectum habet*, quod ſi evidens & notoria ſit, executionem prioris ſententiæ impedire poſſit, *Clem. 1. de ſent. & re judic. Berlich. part. 1. concl. 11. n. 17. Magnif. Dn. Carpz. part. 1. Conſt. 26. def. 22.* Si verò non ſit evidens, & altiorem indaginem non requirat, executio per eam non impediatur, *Berlich. d. l. n. 11. & ſeqq. Brunnem. de Proc. c. 28. n. 110. Vant. de null. tit. quot. & quib. mod. null. n. 26. & 31. Gail. 1. Obſ. 137. num. 10. VVurmſ. tit. 24. Obſ. 34. Mynſ. cent. 4. Obſ. 64.*
    - **2. *Supplicatio*, quæ**
      - *Definitur, Supplicatio* ſunt preces, quæ à condemnato offeruntur Judici, à quo aliàs appellari non poteſt, ut cauſam revideat & ſententiam emendet: vel ſupplicatio eſt quædam imploratio ſuperioris, adverſus ſententiam, contra quam ordinarium appellationis remedium non competit, *l. ſi quis. 5. & auth. quæ ſupplicatio. Cod. de prec. Imp. offer. Rosbach. tit. 76. num. 1.*
      - *Differt ab appellatione*, quia *appellatio* ſemper fit ad ſuperiorem & non poteſt fieri coram eodem, ut ipſe habeat cognoſcere, *ſupplicatio* autem poteſt fieri & coram eodem, *Caſtr. ad d. auth. num. 3. & fin. Modeſt. Piſtor. de Proc. part. 2. cap. 71. num. 1. Rosb. d. t. n. 2.*
      - *Locum non habet in illis caſibus, in quibus non admittitur appellatio*; Niſi beneficio ætatis aut favore matrimonii, vel cauſa diſpenſationis, *Jaſon. in d. auth. Hillig. in Don. enucl. lib. 28. cap. 6. lit. V. Rosb. 76. n. 11.* Proinde nec ſupplicationi locus fuerit, ſi renunciatum ſit appellationi, vel ſi cauſæ qualitas appellationem non admittat, *Frider. Schenck à Tautenb. fori progym. lib. 2. tit. 18. p. m. 155.*
      - *Interponi debet intra*
        - 1. *Decendium*, ſi Judici ſupplicatio offeratur.
        - 2. *Biennium* verô, ſi Imperatori, *d. auth. quæ ſupplicatio. Cod. de prec. Imp. offer. Rosbach. d. t. num. 14. & 15.*
      - *Effectum talem habet*, quòd
        - Si intra 10. dies oblata ſit, ſententiæ executionem impediat; niſi pars victrix idoneam fidejuſſionem, ſeu ſatisdationem, de reſtituenda in caſum retractandæ ſententiæ re, cum omnibus fructibus præſtiterit.
        - Si verò poſt 10. dies, intra tamen duos annos fiat, tunc ſententiæ executio, etiamſi pars victrix non ſatisdederit, non ſuſpendatur, *Nov. 119. c. aliud ad hoc. 5. & d. auth. quæ ſupplicatio. vid. Schultz. in Syn. Jud. th. 76. Rosbach. d. t. num. 19. Modeſt. Piſtor. de Proc. part. 2. cap. 71. num. 8.*
    - *Deſcriptio, Leuteratio ſeu declaratio ſententiarum* eſt, quâ gravamen, negligentiâ, vel errore Advocatorum vel Judicis fortè commiſſum, revocatur, emendatur & tollitur: & hoc remedium in quibusdam Germaniæ Curiis, præſertim in Saxonia receptum, *Rosb. tit. 77. num. 1. & 2.*

a b c

 Formula

a b c

- a. *Executoriales*, Tab. ſeq.
  - b. 3. *Leuteratio*, cujus
    - c. *Formalia* potiſſimum conſiſtunt in ſeqq.
      1. Ut Leuteratio interponatur intra decendium, quod incipit currere à momento ejus ipſius horæ, in qua ſententia publicata eſt; Fallit tamen (1) ſi copia Judicis haberi nequeat, (2) ſi ſententia lata ſit abſente parte, ipſaque ignorante, vel denique (3) ſi ſit gravamen ſucceſſivum, puta, carceratio, vel aliàs juſta ex cauſa leuterationem interponere impeditus fuerit gravatus, *Frider. de Proc. p. m. 346. & ſeqq.*
      2. Ut Leuterans inter ſpatium 6. ſeptimanarum & 3. dierum, binnen Sächſ. Friſt/ non à die latæ ſententiæ, ſed interpoſitæ Leuterationis, Citationem ad proſecutionem leuterationis: ab eo Judice, qui ſententiam tulit, impetret, *Frieder. d. l.*
      3. Ut Judex à petita Citatione ad proſecutionem intra tres menſes, binnen gedoppelter Sächſ. Friſt / certum terminum Leuterationis proſecutioni præfigat.
      4. Ut in termino ad proſecutionem præfixo gravatus Leuterationem proſequatur oretenus, non in ſcriptis vel ex charta, & ab Advocatis bey Straff 10. Thaler/ gravamina in ſpecie exprimantur, vel ad ea reſpondeatur, *Frider. d. l. p. 315.*
    - *Effectus*, ut ſuſpendat ſententiæ executionem, *Coler. p. 1. deciſ. 137. n. 1.*
    - *Diviſio in*
      1. *Leuterationem proprie ſic dictam*, quæ coram eodem Judice, qui ſententiam tulit, interponitur.
      2. *Oberleuterationem*, quæ nihil aliud eſt, quàm ſecunda Leuteratio & non niſi in Aulis Electoris, & Ducum Saxoniæ locum habet, imò nec in omnibus cauſis, ſed iis duntaxat, quæ in prima ſtatim inſtantia ibi cœptæ vel per Commiſſarios & delegatos, non verò, quæ per viam appellationis contra ſententias definitivas interpoſitæ, eò devolutæ & delatæ ſunt, *Part. 1. Conſt. Elect. 19. poſt princ. tit. 35. Fib. p. m. 63.* Et in hac Oberleuteratione, eædem, quæ in ſimplici Leuteratione, ſolennitates habentur in uſu, *vid. Schultz. Syn. Judic. th. 80.*
  - 4. *De appellatione & reliquis actibus* vide Tab. ſeq.

1. *Coram quo Judice nullitas poſſit & debeat proponi?*

RESp. *Aut agimus de nullitate* eorum, quæ fiunt *extra judicium*, puta, contractuum, teſtamentorum & ſimilium: & tunc nullitas ſemper coram Ordinario loci proponi debet, *juxta Bald. in l. ſi, ut proponit. 1. Cod. quom. & quand. jud. Aut verè de nullitate* eorum, quæ fiunt *in judicio, & vel ante ſententiam definitivam*, putà, alicujus decreti, vel interlocutoriæ: & tunc refert: *An nullitatem ſeorſim & abſque appellatione: vel unà cum appellatione proponamus.* Quia *priori caſu*, ne cauſæ continentia dividatur, coram eodem Judice proponi debet, coram quo fuit cœpta, & pendet, controverſia. *Altero verò caſu*, coram Judice appellationis: ſi modò nullitas deducatur, tanquam gravamen pro juſtificatione appellationis interpoſitæ, idque expreſſum ſit in eâdem; ſin autem nullitas in appellatione non ſit expreſſa, Judex appellationis de ea non cognoſcet, cùm per ſimplicem appellationem ab interlocutoria nullitas non devolvatur; ſed gravamen duntaxat expreſſum. *Vel poſt ſententiam definitivam*; & rurſus diſtingui ſolet, *an coram Judice ordinario*, vel *delegato proceſſum fuerit*: *Primo caſu*, et ſi Dd. varient, communis tamen opinio eſt, quòd ſit in arbitrio & opinione gravati, utrum nullitatem coram eodem Judice deducere velit, an verô coram Judice appellationis, *per l. ſi accuſatoribus. 4. C. de accuſat.* Hodiè tamen ex uſu fori ubique ferè obtinuit, quod Judex appellationis, & ſic ſuperior ſuper nullitate principaliter cognoſcenda adeatur; præſertim ſi nullitas ex malitia, vel injuria, aut turpitudine Judicis proveniret, quo caſu iniquum foret, ut ipſe ſuæ turpitudinis & iniquitatis cognitor exiſteret. *Secundo caſu*, ſuperior, videlicet delegans, ſuper nullitate cognoſcere debet: Quia delegatus, poſtquam pronunciavit ſententiam, ſive benè, ſive malè, functus eſt officio ſuo, & ejus Jurisdictio finita eſt, *vid. Vant. de nullit. tit. coram quo poſſ. & deb. nullit. prop. per tot. cui add. Mynſ. cent. 5. Obſerv. 92. & Gail. 1. Obſ. 127. n. 5. 6. & 7.*

2. *An nullitas coram executore opponi poſſit?*

RESp. Poſſe, non autem quòd ſuper illâ executor poſſit aut debeat pronunciare, ſed hujusmodi incidentem quæſtionem ad ſuperiorem remittere, *Vant. de nullit. d. t. num. 2.*

3. *An nullitas totam cauſam ad Judicem nullitatis devolvat?*

Aff. Dd. communiter, cauſam nullitatis principaliter intentatam, totam cauſam & principale negotium ad Judicem nullitatis devolvere; Ita ut ſuper meritis cognoſcere, & ſententiam reformare vel conformare etiam ex nova cauſa, & novis probationibus poſſit, *per l. abſentem. 6. & ibi Godofr. lit. p. Cod. de accuſat. VVurmſ. tit. 24. Obſ. 35. n. fin. Gail. 1. Obſerv. 127 num. 1. & l. 6 ibi: ex integro inter vos cognoſcet. Cod. quand. prov. non eſt nec. & ibi Perez. num 10. Roding. in Pand: Cam. lib. 1. tit. 31. §. 9.*

4. *An in Camera Imp. privilegia de non appellando in cauſis nullitatum obſervari debeant?*

NEg. *Gail. 1. Obſ. 135. num. 8.* Et ideò conſultum eſt, ut impetrantes hujusmodi privilegia, ſibi quoque in hunc caſum nullitatis proſpiciant, & ab Imperatore non ſolùm iniquitatis, ſed etiam nullitatis ratione, privilegia de non appellando ſub certa ſumma impetrent, *Roding. d. l. §. 13.*

5. *An Leuteratio & Oberleuteratio novam faciant inſtantiam?*

NEg. Quia quamdiu ejusdem Judicis auxilium imploratur, quod & interjectâ Leuteratione & Oberleuteratione fieri non facilè quisquam inficias ibit,

una

una eademque inſtantia durare, nec Leuterationis remedium peculiarem inſtantiam operari videtur, *vid. Magnif. Dn. Carpzov: tit. 4. art. 1. num. 28.*

*6. An Judex Leuteranti in caſu dubio recipiendæ Leuterationis juramentum malitiæ injungere poſſit?*

Aff. Per expreſſam Sanctionem Electoralem *in Ord. Proc. Judic. tit.* Von der Leuterung und Oberleuterung/ 35. §. Dieweil aber ſonderlich / *verb.* Oder zum wenigſten/ wann ſie vermercken/daß nur vergeblicher Verzug der Sachen hierdurch geſucht würde / den Leuteranten / ehe ſie die Leuterung zulaſſen/das *juramentum malitiæ* auferlegen wollen / etc.

*7. An leuterans in expenſas condemnari debeat?*

REſp. Si Leuterans juſtam litigandi & leuterandi cauſam habeat, *l. qui ſolitum 78. §. 2. ff. de legat. 2.* non debet condemnari; Si verò appareat frivolè leuteratum fuiſſe, & tunc in expenſas retardati proceſsûs condemnari debet Leuterans, quò Leuterato ſatisfiat de ſumtibus, Leuterantis malitiâ extorſis, juxta ſanctionem clariſſimam Electoralem *in Conſt. 10. circa finem.* ibi. Es ſollen auch forthin in Leuterungs Sachen / wenn dieſelben freventlich eingewant / die Expens retardati proceſsûs erkant werden. Et in Ord. *proceſſ. judic. tit.* Von der Leuterung und Oberleuterung. 38. §. Dieweil aber verſ. So ſollen nicht allein in den Leuterungs Sachen die muhtwillige Leuteranten/ welche keine declaratoriam erhalten/ in die expenſas redardati proceſsûs verurtheilt werden &c.

*8. An Leuterans, ſi prior ſententia certo ſaltem modo declaretur, in expenſas condemnari poſſit?*

NEg. Per expreſſam ſanctionem Elect. *in Conſtit. 19. in fin. ibi.* So aber die Leuterung erheblich befunden/ und das vorige Urtheil etwas erklärt/ der Leuterant mit der condemnation expenſarum verſchont werden. *part. 1. add. Ord. proceſſ. Judic. tit. 35. §.* Dieweil aber. ibi: Die muhtwilligen Leuteranten / welche keine declaratoriam erhalten / in die expenſas retardati proceſſus verurtheilt werden.

*9. An in Leuteratione novæ probationes ſint admittendæ?*

NEg. Per ſanctionem Elect. clariſſ. *in Conſtit. 21. part. 1. in verb.* Das ander weit Beweiſung durch Zeugen über die vorigen Articul / derowegen in prima inſtantia Gezeugnüs geführet / oder auch ſuper articulis directò contrariis nicht zugelaſſen werden / ꝛc. *Ratio* eſt, quia in foro Saxonico certus terminus probationibus præſcriptus eſt, quo præterlapſo probatio eſt deperdita nec denuò ſuſcipi poteſt, Landr. *lib. 2. art. 26. Conſt. Elect. 16. part. 1.* Etiamſi Leuterans novam probationem per inſtrumenta ſaltem expedire velit *d. Conſt. Coler. de proc. exerc. part. 1. cap. 22. n. 33. & ſeqq. Schneidvv. ad §. bonæ fidei. 30. n. 20. Inſtit. de act.* Niſi inſtrumenta noviter reperta fuerint, idque juramento demonſtraverit Leuterans, quod antea illorum notitiam non habuerit, *Ord. Proceſſ. Judic. Elect. Saxon. tit.* Von den Briefflichen Urkunden 24. in pr. verſ. Sonſten ſoll er eydlichen erhalten / daß er in währender Sächſiſcher Friſt hiervon keine Wiſſenſchafft gehabt. *Vid. Magnif. Dn. Carpz. tit. 17. art. 1. n. 19. 85. & 91.*

*10. Quid juris ſi Leuterans in termino Leuterationis proſecutioni præfixo non compareat?*

REſp. Hoc caſu Leuterationem non ſolùm pro deſerta haberi. *Hartm. Piſtor. Obſerv. 176 num. 2. Matth. Coler. part. 1. deciſ. 164 n. 24. Vide Sanctionem Elect. in Ord. Proc. Judic. tit. 35. §.* Nach dem auch. *verſ.* Ob er auch ſchon citation ausbracht hette / wo er aber gleichwohl auff der zur proſecution beſtimten Termin nicht erſchienen / ſoll die Leuterung vor deſert erkant werden / ſed etiam Leuterantem in expenſas retardati proceſſus condemnari debere *per text expr. in d. Ord. tit 35. §.* Nach dem auch *in fin. ibi.* Oder der Leuterant deſſelben Seumnüß halben citation ausbracht / ſoll der Leuterant ihme die geuhrſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig ſeyn. Niſi juſtum comparendi impedimentum Leuterans proferat. *Magnif. Dn. Carpz. tit. 17. art. 1. num. 116. & ſeqq.*

*11. An à qualibet ſententia & quocunque gravamine in foro Saxonico leuterare liceat?*

Aff. *Per Conſtit. Elect. 19. part. 1. in verb. initialibus.* Es ſoll forthin auf alle und iede ergangene Urthel / ſie ſeyn interlocutoriæ oder definitivæ, nicht mehr dann eine Leuterung in allen unſern Landen und Gerichten / und mit unſerm Hoffgericht ſelbſt fürgenommen werden ꝛc. *& per Ord. Proc. Judic. tit. 35. §.* Dieweil aber verſ. Wie dann auch in den Leuterungen ab interlocutoriis &c. junct. verb. in den Leuterungen aber à definitivis &c. *Dn. Carpz. d. t. art. 4. num. 1. & ſeqq.*

*12. An Leuterationis Leuteratio ſit admittenda?*

NEg. *Per d. Conſt. 19. p. 1. in pr. ibi.* Es ſoll forthin auff alle und iede ergangene Urtheil / etc. nicht mehr dann eine Leuterung etc. in allen unſern Landen und Gerichten / auch in unſerm Hoffgerichte ſelbſten fürgenommen werden. *Et per Ord. Proc. Jud. tit 35. in pr. verb.* Wie auch in allen andern Untergerichten auf ein ieder Urtheil nur eine Leuterung verſtattet werde ſoll; Hoc tamen fallit in parte adverſa per Leuterationis ſententiam gravata, quia beneficium Leuterandi utrique parti conceſſum *in d. Conſ. 19. p. 1.* Nam ſi pars adverſa leuterat, non poteſt videri ſecundâ vice leuterare, cùm antea non leuteraverit. *Dn. Carp. d. tit. art. 4. 66. & ſeqq.*

TAB. XII. *tractat de Appellatione, Reſtitutione in integrum, Reviſione Actorum, executione rei judicatæ & expenſis.*

*Reliqui actus poſteriores tàm Suſpenſivi ſunt*

*4. Appellatio, cujus*

- *Definitio, Appellatio* eſt à minore Judice ad majorem ratione gravaminis facta provocatio, *Rosbach. tit. 73. num. 2.*
- *Diviſio* in
  - *Judicialem*, quæ à ſententia definitiva & interlocutionibus judicialibus
  - *Extrajudicialem*, quæ à decretis & actibus extrajudicialibus
  - interponitur, *Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 27. aph. 4.*
- *Subjectum*, ubi *quæritur*
  - 1. *Quis appellare poſſit?* Omnis per iniquitatem vel imperitiam Judicis gravatus, *Dn. Strauch. d. l. Rosb. d. t. n. 10.*
  - 2. *Quis appellare prohibeatur?*
    - 1. Is, qui renunciavit appellationi.
    - 2. Is, qui lite conteſtatâ emanens contumaciter, ob id condemnatus eſt.
    - 3. Is, qui ſpontè confeſſus in cauſis civilibus, ſcilicet in criminalibus confeſſus ſimul & convictus, *Dn. Strauch. d. l. aph. 6.*
  - 3. *A quo, & ad quem appellari poſſit?* Ab inferiore & minore Judice tàm ordinario, quàm delegato, niſi ſit delegatus à Principe, ad ſuperiorem; Excepto arbitro compromiſſario, *Rosb. d l. n. 13.*
- *Materia ſeu in quibus cauſis appellare liceat;* Regulariter in quacunque cauſa, niſi ſpecialiter prohibitum reperiatur; quod tamen fallit (1) ſi cauſa ſit infra legitimam appellandi quantitatem, (2) ſi res dilationem non recipiat, (3) ſi ab executione appelletur; Niſi executor malè ſententiam dicatur interpretari, aut modum excedere, (4) ſi in cauſa momentaneæ poſſesſionis fuerit appellatum, *Rosbach. d. tit. num. 17. 18. & 19. add. Ampliſſ. Dn. Strauch. d. Diſſ. aph. 8.*
- *Forma conſiſtit vel in*
  - *Ordine*, ut ab inferiore Judice ad ſuperiorem gradatim fiat, *l. 21. ff. de appellat.* vel ſi ejus copia fortè haberi non posſit, coram Notario & teſtibus interponenda, *Mynſ. cent. 2. Obſ. 12. & cent. 4. Obſ. 44. Denaiſ. in jure Cam. tit. 28. §. 1.*
  - *Modo*, ut
    - 1. *Fiat modeſtè & in ſcriptis*, niſi fortè à ſententia definitiva appelletur, quod vivâ voce fieri poteſt, ſi ſcil. incontinenti interponatur; ſi verò ex intervallo, tunc ſemper in ſcriptis appellandum, ut appellatio ratione formalium ſubſiſtat, *Mynſ. cent. 1. Obſ. 66. & cent. 3. Obſerv. 15. Gail. 1. Obſ. 119. n. 1. & Obſ. 130. num. 5.*
    - *2. Apoſtoli petantur, qui*
      - *Deſcribuntur, Apoſtoli*, Germ. Abſcheides-Brieffe/ ſunt literæ dimiſſoriæ, quibus cauſa à Judice inferiore ad ſuperiorem dimittitur, *Dn. Strauch. d. l. aph. 10.*
      - *Sunt vel*
        - *Conventionales*, ſi pars adverſa appellationem admittat, ſive in judicio, Judice refutante ſeu renuente, vel tacente & permittente, ſive extra Judicium, *can. oblatæ. 57. X. de appellat.* Et hi dantur vel ab Appellato, vel à Notario publico, *Term. de Proceſſ. cap. 230. num. 19.*
        - *Teſtimoniales, qui*
          - *Deſcribuntur*, quòd teſtificentur de Appellatione facta coram Judice, vel coram publicis honeſtis atque fide dignis perſonis; id quod fit, aut cùm Judex dare Apoſtolos recuſat, aut cùm Judex reperiri non poteſt.
          - *Rurſus ſunt vel*
            - *Reverentiales*, in quibus Judex, à quo appellatur, appellationi defert in honorem & reverentiam Judicis ſuperioris, ad quem appellatum; quos vulgò etiam *dimiſſorios* appellant, quia Judex appellationi deferendo, litigatores ex ſua Jurisdictione dimittit ad eum, ad quem appellatum eſt. *Termin. d. l. Rosb. tit. 74. n. 3. & 5.*
            - *Refutatorii*, in quibus appellatio appellanti per judicem refutatur ac recuſatur, ob certas cauſas, quæ ſimul in literis exprimuntur, *Term. d. l. n. 25.*
  - *Tempore, quod ſc. appellationis*
    - *Interponendæ*, eſt decendium præciſè obſervandum, & à tempore latæ ſententiæ ſcienti computandum, *auth. hodiè. C. de appellat.*
    - *Introducendæ de jure*
      - *Communi definitum non reperitur*, ſed arbitrio Judicis relinquitur, *Mynſ. cent. 3. Obſ. 15. num. 13. & cent. 6. Obſ. 12. Gail. 1. Obſ. 140 num. 3.*
      - *Camerali eſt ſex menſium*, *Rec. Imp. 1654. §. So dann. 61.*
      - *Saxonico ſingulariter definitum* eſt unus menſis à die, quo Apoſtoli dati ſunt, computandus, *Schultz. in Syn. Judic. th. 73.*
    - *Proſequendæ ſeu finiendæ de jure*
      - *Communi annus eſt*, & ex legitima cauſa biennium, *l. fin. §. illud. 4. Cod. de tempor. appellat.*
      - *Camerali*, ob cauſarum multitudinem definitum non eſt.
- *Effectus*, ut
  - 1. Iniquitas & Imperitia Judicis per eam corrigatur, *Rosb tit. 73. num. 37.*
  - 2. Sententia ſuſpendatur, *Rosb. d. l. num. 39.*

5. *Reſtitutio in integrum*, cujus

- *Definitio*, quòd ſit remedium extraordinarium, per quod contra ſententiam ex capite minorennis ætatis, vel doli, vel ex abſentiæ causâ, vel ex clauſulâ generali, ſi qua alia juſta cauſa videatur, quis reſtituitur, *Brunnem. de Proceſſ. cap. 28. n. 129.*
- *Effectus eſt*, quòd petitâ reſtitutione in integrum, executio ſententiæ differri, & omnia in ſuo ſtatu permanere debeant, *Mynſ. cent. 1. Obſ. 48. & cent. 6. Obſ. 80. Umm. Diſp. 23. th. 7. num. 32.*



6. Reviſio

a b 6. *Reviſio Actorum.* Hoc remedium in foro Saxonico locum non habet, *teſte Schultz in Syn Judic. th. 77. p. m. 161.* Sed communi S. Cæſareæ Majeſtatis & omnium ac ſingulorum Imperii Statuum conſenſu eſt introductum: plura de Reviſionis Actorum materia, *vid in Tab. ult. Proc. noſtri Cam. Imp. & in nov. Imp. Rec. 1654. §.* In Fällen da/ *119. & ſeqq. vide ſupra Tab X.* de inrotulatione actorum.

*Executoriales ſunt*

- *1. Executio cujus*
  - *Definitio*, *Executio* eſt rei judicatæ perſecutio ac perfectio; vel eſt ſententiæ, quæ vim judicati aſſecuta eſt, perfectio & proſecutio, alterâ parte citatâ, in bona vel corpus ejus facta, *Rosb. tit. 78. num. 2.*
  - *Remedia præcipua ſunt* (1) Miſſio in bonorum poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto, (2) Executoriales ſeu mandata executorialia, (3) Sequeſtratio, (4) Arreſtum, (5) Pignoratio, (6) Repreſſaliæ, (7) Obſtagium,
  - *Terminus de jure*
    - *Communi in actione*
      - *1. Reali nullus eſt*, quia ſtatim executio fieri debet, *§. 2. Inſt. de off. Jud.*
      - *2. Perſonali eſt quatuor menſium* à die condemnationis, vel confirmationis, ſi provocata facta fuerit, *Rosb. d. l n. 14.*
    - *Camerali eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum*, *Gail. 1. Obſ. 113. num. 1.*
    - *Saxonico eſt quatuordecim dierum*, Landr. *lib. 1 art. 70 verſ.* Daß er zum nechſten/ ꝛc. Sed hodiè terminus Saxonicus (*puta ſex ſept. & tres dies*) debitori indulgetur, *Ord. Proc. Jud. El. Sax. tit 33. §.* Wann aber.
  - *Ordo*, ut initium fiat à mobilibus, poſteà immobilia capiantur & diſtrahantur, & tandem in ſubſidium ad jura & nomina deveniatur; Implorato officio Judicis nobili, vel actione judicati, *Excell. Dn. Strauch. Diſſ. 28. aph. 4. Rosb. tit. 79. num. 13. & ſeqq.*
- *2. Expenſæ*, quæ
  - 1. *Deſcribuntur*, quòd ſint ſumtus in judicio litium cansâ facti, *Rosb. tit. 78. num. 2.*
  - 2. *Fiunt vel circa*
    - *Rem* eamque vel
      - *1. Mobilem.*
      - *2. Immobilem.*
    - *Litem* & debentur vel ratione victoriæ, vel ratione contumaciæ, vel retardati proceſſus, vel temerariæ citationis, &c. *Term de Proc. c. 231. n. 4. Rosb. d. l.*
  - 3. *Probantur* ſolummodò per juramentum partis, ita tamen, quòd Judex prius moderetur illas, ſecundum fori conſuetudinem, & negotii qualitatem, ac poſtea pars juramentum præſtet, *Term. d. l. n. 5.*

---

1. *An appellatio ab inferiore gradatim ad ſuperiorem fieri debeat?*

Aff. Quia appellatio tum demum jure ſubſiſtit, ſi gradatim ad judicem immediatè ſuperiorẽ, nullo intermedio omiſſo, fiat, *l. Impp. Antoninus & Verus 21. ff. de appellat. Gail. 1. Obſerv. 119. num 2. Mynſ. Cent. 1 Obſerv. 67 & cent. 2. Obſ 4. n. 2. Guid. Pap. deciſ. 436. n. 3.* Hoc fallit tamen (1) Si proximus & intermedius Judex juſtitiam notoriè denegaverit, *Ord. part. 2. tit. 29.* Quo tamen caſu lis non per viam appellationis; ſed per viam ſimplicis querelæ & ex capite denegatæ juſtitiæ ad Cameram devolvitur, *Mynſ. Cent. 3. Obſ. 55. & 57. Blarer. ad L. diffamari cap. 10. n. 34.* Intellige, quòd Judicium coram inferiore judice nondum ſit cœptum: quia ſi cœptum fuerit judicium, & poſtea in Proceſſu Juſtitia denegetur, vel protrahatur, cauſa non per viam ſimplicis querelæ, vel ex capite denegatæ aut protractæ juſtitiæ, ſed per viam appellationis ad Cameram deferenda ſit, *Mynſing Cent. 5. Obſ. 82. Gail. 1. Obſ. 28. n. 2.* (2) Si Judex intermedius ſive proximior Cauſæ conjunctus & affinis fuerit, *d. Ord. p. 2. tit. 29. in princ.* Und der Sachen verwand. (3) Si inhabilis eſſet, vel ratione ſuſpicionis, vel excommunicationis, vel alterius inhabilitatis, *Mynſ. Cent. 1. Obſ. 67. Gail. 1. Obſ. 119. n. 2.* (4) Si medius Judex eſſe nollet, & cauſam ſuâ ſponte ad ſuperiorem remitteret *Mynſing. & Gail. d. l.* quæ omnia Ordinatio ita habet: Es ſoll kein Appellation an dem Käiſerl. Cammergericht angenommen werden/ die nicht gradatim geſchehen/ und die einen nähern Richter hette/ es were dann/ daß der nächſt Unterrichter dem Appellanten kündlich das Recht verſagt/ oder der Sachen verwand/ oder ſonſt aus rechtmäſiger Uhrſachen nicht Richter ſeyn könt oder wolt. Denique (5) fallit hoc de jure Canonico in ſummo Pontifice; ad hunc enim, tanquam ad caput ſupremum, omiſſis judicibus intermediis, appellare iſto jure permiſſum eſt, *per text in c. ſi quis 4 cauſ. 2. quæſt. 6. & in c. ſi duobus 7. & c. ſollicitudinem. 54. x. de appellat. Mynſ. cent. 2. Obſ. 4 Gail 1. Obſerv. 119 n. 2. Berlich. lib. 1. cond 50. num. 68. & ſeqq.*

2. *Quomodo probari debeat, ut cauſa per viam delatæ vel per denegatæ Juſtitiæ ad ſuperiorem devolvatur?*

Reſp. Non ſufficere hoc notorium eſſe, ſed inſuper illud probari debere per legitimum documentum; quo facto, ſolet Judex ſuperior, ſiquidem delata vel protracta fuerit Juſtitia per negligentiam magiſtratus inferioris, ſive in cognoſcendo ſive in exequendo adverſus ſuos ſubditos, decernere ut plurimùm *promotoriales* ad talem negligentem Magiſtratum; vel *proceſſus & citationes* ad proſequendam cauſam principalem, ſi juſtitia penitùs denegata fuerit, *Vid. Mynſ. cent. 3. Obſ. 57. Gail. 1. Obſ. 28. n. 7.*

3. An

3. *An quis juramento probare poſſit, quod non ſperet ſe apud talem Magiſtratum Juſtitiam conſecuturum?*

Aff. Felin. *in c. accedens 2. x. ut lite conteſt. non procedat n. 13.* Ita tamen ut is, qui juramento probare intendit, non anteà pejeraverit, nec ſit perjurus: Nam qui ſemel perjurus fuit etiam in cauſa vel negotio diverſo, utcunque pœnitentiam egerit, ad jurandum amplius admitti non debet, *per c. nullius 22. quæſt. 15. c. non poteſt 2. quæſt. 7. c. quicunque 23. quæſt. 1. & c. parvuli 22. qv. 5.* quia amiſit omnem facultatem probandi per juramentum. *Mynſ. cent. 3. Obſ. 58.* Et per hoc juramentum, quod ex jure Canonico, *c. ſtatutum* 11. §. *cùm verò. 2. de reſcript. in 6.* juramentum perhorreſcentiæ vocatur, cauſæ etiam ad Cameram Imp. medio judice omiſſo devolvuntur. Sic ad oblationem juramenti perhorreſcentiæ appellatio per ſaltum, in cauſa Gerſens & Conſort. contra Seels-Erben/ in Camera fuit recepta, & juramentum appellanti per ſententiam injunctum. 1. *Junii 1648.* Sic ad oblationem talis juramenti citatio adverſus mediatum decreta in cauſa *Jacques Boudiers* contra Dietrich Dobben/ & impetrans, partis adverſæ contradictione non obſtante ad ejus præſtationem judicialiter in Camera Imp. admiſſus, 7. *Julii Anno 1657. vid. Doct. Mart. in Dig. noviſſ. tom. 1. verb. Forus. 165. & ſeq.*

4. *An appellans, qui appellationem non eſt proſecutus, beneficio appellationis privetur; ita ut appellatio pro deſerta habenda, & ſententia in rem judicatam tranſeat?*

Aff. *Per l. 3. Cod. quom. & quand. Jud.* Sed hæc deſertio appellato tantùm prodeſt, non Judici; qui, cùm iniquam ſententiam ferat, litem ſuam facit, & parti ad intereſſe obligatur. *Innoc. in c. ſæpe. 44. X. de appellat. Schneid. pr. Inſtit. de oblig. quæ ex qu. del. naſc. ibiq. Brederod. in not. lit. a.*

5. *An Statutum vel Pactum de non appellando valeat?*

Reſp. Variæ ſunt Dd. opiniones *in l. omnes populi. ff. de Juſt. & Jur.* Decius *conſil. 5. n. 2.* concludit valere ſtatutum. Verùm communior Dd. opinio eſt *in d. l. omnes populi* non valere ejusmodi ſtatutum quia, juxta doctrinam Bartoli *in d. l. n. 24.* defenſionem auferunt: Sed Pactum de non appellando valere, ratio diverſitatis eſt, quia ſtatutum directò diſponit adverſus jus ſuperioris: Pactum verò directò non tangit jus ſuperioris, ſed paciſcentes abdicant à ſe, quod eſt in eorum facultate, *Mynſ. cent. 1. Obſ. 14.* Sic Camera Imperialis non obſtantibus ejusmodi ſtatutis, appellationes recipit, uti poſt longam diſputationem deciſum in cauſa Annæ Siglers contra Glaubigers & Würtzburg pro intereſſe *Julian.* Magenhorſt. *ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. pag. m. h. 268. Cui add. Gail. 1. Obſ. 135. n. 12.*

6. *An Apoſtolorum petitio in appellatione ſit neceſſaria?*

Reſp. Neceſſariam eſſe; quia de jure communi poſt interpoſitam appellationem, Apoſtoli ſive literæ dimiſſoriales intra terminum juris, puta 30. dierum, vel hominis, petendi ſunt aliàs appellatio ob eorum omiſſionem redditur deſerta, *per text. in can. ab eo 6. de appellat. in 6. l. Præſes. 5. l. quoniam nonnulli. 18. Cod. de appellat.* Secus de jure Camerali quia juxta Ordin. Cameræ *part. 2. tit. 30. in pr.* petitio Apoſtolorum non eſt neceſſaria, ſed omitti impunè poteſt & nihilominus appellatio conſiſtit, *Gail. 1. Obſ. 139. n. 12. Mynſ. cent. 4. Obſ. 36. Bernh. VVurmſ. tit. 24. Obſerv. 23.* Et hodiè in Camera Imp. Actorum edito ſeu requiſitio Apoſtolorum vicem ſupplet, *juxta Rec. Imp. de An 1654. §.* Ob er auch. 54. ibi: Nichts weniger ſolle der Appellant bey Straff der deſertion gleich bey verkündung ſeiner Appellation und vor verflieſſung deren à die interpoſitæ appellationis nechſtfolgender 30. Tagen vom Unterrichter die acta priora zu requiriren, &c. ſchuldig ſeyn.

7. *An Procurator ad petendam reſtitutionem in integrum ſpeciali mandato opus habeat?*

Diſt. Aut Reſtitutio in integrum petitur *principaliter* aut *incidenter*: Priori caſu requiritur ſpeciale mandatum, quia non licet Procuratori factum Domini impugnare ſine ſpeciali mandato, *l. ſi hominem. 30. ff. mandat.* poſteriori non æquè, *Bernh. VVurmſ. tit. 5. Obſ. 9. n. 2. Mynſ. cent. 2. Obſ. 26. Gail. 1. Obſ. 139. n. 9.*

8. *Quid juris ſi poſt latam ſententiam parte vincente ignorante, alià verò victà ſciente, tranſactum ſit?*

Reſp. Hoc caſu ad inſtantiam vincentis ſententiam nihilominus ſine ullâ reſtitutione executioni mandari poſſe: Et ita pronunciatum fuiſſe contra Endorff. Iſt erkannt/ daß N. fürbrachten Vertrag unverhindert Endorff dem Urtheil/ ꝛc. teſtatur Magenhorſt. *ad Ord. Cam. part. 3. tit. 11. p. m. 353. Vid. text. & Dd. in l. ſi cauſa cognita. Cod. de tranſact. & in l. & poſt. rem judicatam. ff. eod.*

9. *An Judex expenſas, quamvis non petitæ fuerint, parti Vincenti adjudicare poſſit?*

Aff. *Per text. in l. ædiles. 25. §. item ſciendum eſt. 8. ff. de ædilit. edict. l. cum fundus. 31. ff. de reb. cred. l. ſancimus. 15. Cod. de jud.* add. ſanctionem Elect. clariſſimam. *Ord. Proc. Jud. tit. 36. §.* So wollen Wir. verſ. Da es auch gleich nicht gebeten würde/ doch zu der Richter Ermäſſigung ſtehen ſoll/ ob ſie nach Befindung auff die expens erkennen wollen. Citatâ tamen ad taxationem parte adverſâ, niſi ad alios punctos jam fuerit citata, quo caſu meritò absq; ſpeciali citatione ſuper puncto expenſarum, procedi & moderatio fieri poteſt *d. Ord. & tit.* §. Wenn wir einem ꝛc. Schultz *in Syn. Judic. th. 88.* Atq; hæc de *Proceſſu Judiciario* propoſuiſſe ſufficiant. Sitque

SOLI DEO LAUS ET GLORIA: ERRATIS VENIA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0041-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0042-7

Ko 1559
4°

ULB Halle 3
001 969 617

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0043-2

firmati sunt et spi ritu

om nis virtus e

.Offer. Benedi cite gen tes

um no strũ et obaudite vo

s qui posu it a nimã meam

non dedit cõmoueri pedes

edictus dominus qui non a mo

nẽ me am et misericor diam

Com. Lutũ fecit ex sputo dominus

os meos et abij et la ui et vidi

Feria

querena [illegible] et credidi deo.

PROCESSUS JUDICIARIUS

# IN TABULAS REDACTUS,

## Adjunctis ſubindè notis

& quæſtionibus illuſtrioribus, ex Jure Civili, Canonico, Imperii Conſtitutionibus & Saxonico;

*nec non*

Excellentisſimorum JCtorum & Practicorum pragmaticis Commentationibus, Reſponſis & Deciſionibus collectis,

Operâ

JOHANNIS Beltz/ J. U. D.

Editio ſecunda priori auctior & correctior.

JENÆ,

Litteris ac ſumtibus Georgii Sengenvvaldi.

ANNO M. DC. LXV.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-368074-p0045-3